







110



Pub. 3. num. 7. ^{Pub. C. 24/4}

9
MEDITATIONES
IVRIS PVBLICI

DE
POTENTATV
STATVVM S. R. G. I.

QVIBVS
EIVS ORIGO ATQVE EFFECTVS
ERVVNTVR
CVM DISCVRSV PRAELIMINARI
DE SVPERIORITATE TERRITORIALI
ET
INDICE NECESSARIO
EDITAE

A
IOANNE ANDREA HOFFMANNO
IVRIS PRACTICO.



KÖNIGLICH
UNIVERS.
ZVHALLE

GENAE ET WEISSENFELSÆ
APVD IOANNEM CHRISTOPH. CROEKERVV,
M DCC XXXXVI.

1752

MEDITATIONES

PHYSICAE

POTENTIA


STATVM S.R.G.I.

ORIGINE ET EFFICACIA

DE SUPERIORITATE



JOHANN ANDREA HOFFMANN





DISCVRSVS
PRAELIMINARIS

ELABORATVS

A

IO. ANDR. HOFFMANNO.



Grauiissimi dissensus haftenus inter-
cesserunt inter iurisconsultos de
materia potentatus et supremi im-
perii ordinum S. R. I. *Alii* illud
nomen potentatus abhorrent, to-
ta confestim mente atque omni-
bus artibus contremiscunt, dummodo eius
mentio fit, putantes, essentiam et fundamen-
tum totius imperii R. Germ. per eius intro-
ductionem funditus tolli; *alii* eum e contra-
rio habent in deliciis et cum eo sese adeo dele-
ctant,

a 2

stant, vt omnes ingenii vires profundant, quo ei pondus atque auctoritatem concilient. Ad hanc classẽ referendus est CAESARINVS FÜRSTENERIVS siue B. de LEIBNIZ in tr. de *iure suprematus ac legationis principum Germaniae*, qui supremum illud imperium eorum principum imperii nomine suprematus insignit, qui nempe exercitum extra fines suos ducere, armis et foederibus plurimum ad summam rerum conferre possunt. Ceteris adscribit solummodo superioritatem territorialem, vt dynastis, etsi nomen principum ferant, vrbibus imperialibus, et principibus aliquibus nouiter creatis. *Alii* superioritatem territorialem ac potentatum in nostra Germania vnum idemque habent; *alii* differentiam quidem admittunt quandam, eam tamen nullius momenti aestimant, vti perhibent verba ill. MOSERI in *Teutschen Staats-Recht* T. VIII, p. 488. *so hat doch im übrigen diese Einteilung der Reichs-Stände (in mächtige und nicht mächtige) von deren auch die Reichs-Gesetze nichts wissen, in der Lehre von der heutigen Staats-Verfassung des Teutschen Reichs von Rechtswegen keinen Nutzen, sondern jeder Stand als Stand, oder als Mitglied dieses oder jenes Collegii hat nicht mehr oder weniger*

ger

ger Gerechtsamen, als ein anderer resp. Stand oder als ein anderes Mitglied seines Collegii, er sey mächtiger oder ohnmächtiger als wie dieses, et quae sunt alia.

Quod ad eos pertinet, qui hanc materiam de suprematu seu potentatu illustrarunt, primo loco ponendus est, iamiam citatus FÜRSTENERIVS; cui autem multi sese opposuerunt, vti e. g. ANON. qui contra illud scriptum *notas ac animaduers.* Colon. 1682. 8. edidit, quibus principibus imperii suprematum denegat, iisque solummodo superioritatem territorialem, quia a subiectione et homagii fide non sint liberi, adscribit; electoribus vero et principibus Italiae plus tribuit ac principibus Germaniae, imprimis quod attinet ad legatos. Post hunc alius absque nomine *discursum de suprematu aduersus Caesarinum Fürstenerium*, Hyerop. ad Istrum 1687. 8. euulgauit, quo multis argumentis asserere affectat, suprematum male a Fürstenerio explicatum, atque iura simul quaedam principum in dubium vocare videtur; id quod tamen parum probat, nec in argumenti veritate Fürstenerium adaequat. Spectant huc quoque ea *annotata über die vorgefallene Quaestion: ob Reichs-Fürsten befügt, Ambassadeurs zu schicken* etc. quae in

THVCELII *electis iur. publ.* occurrunt, vbi au-
 ctor, quisquis sit, probare studet, ab exem-
 plo principum Italiae ad Germaniae principes
 argumentum sumere non licere, qui extra va-
 fallagium, nullum plane nexum habeant cum
 imperio, nec principibus imperii easdem ad-
 scribendas esse praerogatiuas, quae electori-
 bus tribuantur. *Iustinus Presbeuta* itidem a
 Fürstenerio in *discursu de iure legationis sta-
 tuum imperii* Eleuth. 1701. 8. quoad suprema-
 tum dissentit, vti videre licet in §. 32. p. 41. seq.
 Idem sentire videtur KVLPIVS tr. de *lega-
 tionibus statuum imperii* p. 70. et 108. seq. vti
 et COCCII in *iurispr. publica*, nec non ANO-
 NYMVS de *praerogatiuis principum electorum
 ante alios principes contra Caes. Fürstenerium*
 vulgo *I. G. Leibnitz* 1743. 8. et B. BYRG,
 GOTTH. STRVV in *corp. iur. publ.* c. 29. §. 16.
 p. 1064. vbi quidem distinguendum putat, in-
 ter suprematum, superioritatem atque iuris-
 dictionem, dum suprematus communi consen-
 su idem sit, quod Gallis dicatur la *souveraine-
 té*. Sed cum souverains illi tantum dicantur,
 qui nonnisi a solo Deo dependeant; hoc au-
 tem de principibus imperii dici nequeat, qui
 praeter vasallagium, ad leges aequae et man-
 data imperii teneantur, banno et executioni
 impe-

imperii sint subiecti, ideoque subditi potius imperii dicantur, qui ius belli et pacis et similia, nonnisi cum restrictione quadam exercerent; vix illis suprematus posse attribui, qui de solis praedicetur regibus, qui superiorem plane non agnoscant. Et licet statibus nonnunquam tribuatur *la souveraineté*, existis tamen titulis nihil concludi, quia in externis saltem consistant. A suprematu distingui superioritatem, quae statuum imperii sit propria, et statuum iuribus maxime competat, licet superioritas, rarius tamen pro iure supremo dicatur, etc. vid. et *G. H. Brückner in curios. iur. publ. th. 25.*

Leibnitzium autem defendit ignotus quidam, in colloquio Gallico inter Philaretum et Eugenium super iure mittendi Ambassadors, electorum et principum Germaniae, Nouiomagi disceptato, TITIVS *spec. iur. publ. L. 3. c. 4. §. 17. p. 300. it. IAC. BERNH. MVLTZ in praesentat. maiest. imperat. per singula eius iura etc. P. I. c. 20. §. 16. p. 227.* vbi verba sic se habent: *potentatus potentia penes quemcunque est, qui superioritatem habet, dummodo ipsi media eundem in actum deducendi accidant.*

Suprematus ciuitates, nihil enim ipsis, dum opes adsint, deest, quod impediatur, quo minus

mus

mus illae aequae ac ciuitates Foederati Belgii et Helueticorum negotiis gentium implicari possunt. Ciuitatibus quoque suum constat territorium, et numerus subditorum, ad sustentandum militem sufficiens. etc.

His praemissis nobis permiffum erit, sententiam nostram subscribendi et declarandi, nos eorum partibus fauere, qui potentatum nec penitus abhorrent, nec ei in totum additi sunt, sed bene distinguunt potentatum et superioritatem territorialem, praeterea obseruant, num sermo sit de principibus, quatenus in imperio nostro corpus cum aliis ordinibus imperii constituent, et quoad illis extra imperium cum aliis potentibus atque imperantibus, qui nullum alium superiorem, nisi Deum, agnoscunt, iurisque naturae normam solummodo obseruant, res sit? In hoc casu principibus imperii praepotentibus potentatus ille omnino attribuendus est, quippe qui itidem intuitu exterorum nullum alium superiorem, sicuti illi, nisi Deum Optimum Maximum venerantur, in statu naturali viuunt, et secundum hunc ius belli et pacis, foederum, legationum, commerciorum etc. vti alii summa potestate gaudentes, habent. Sed opponat quidam, haec iura etiam aliis et quidem vniuersis imperii ordinibus competere, vti B.

de

de LVDEWIG in eruditissimo opusculo de *iure adlegandi ordinum S. R. I.*, actaque apud VITTORIVM SIRI, LONDORPIVM aliosque illud testantur; hoc absque crimine negari nequit, neque ego nego, cum tot exempla, constitutiones imperii, auctoritasque imperatorum hoc adfirmant, et vt vnicum tantum exemplum memoratu dignum in medium proferam, illud haec omnia perspicue declarat, quo imperator Carolus VI. gloriosissimae memoriae sibi ab omnibus imperii ordinibus protectionem, siue vt vulgo dicitur, *garantiam* sanctionis pragmaticae Austriacae expetiit, ac tali modo ius foederis, belli etc. iis attribuit. Galli aliaeque liberae gentes etiam dictas praerogatiuas sponte iis concedunt, lectuque digna sunt, quae apud PVFFENDORFFIVM de *rebus gestis Frid. Wilh. L. II. et Suec. L. X. et XV. et LONDORP T. IV. L. 4. T. V. L. II. c. 78. p. 903. seqq. Actes et mémoires des négociations de la Paix de Nimégue T. I. p. 181.* vt et in tractatibus pacis Westphalicae hanc materiam concernentia occurrunt.

Ast aliud est facultatem quandam habere, aliud viribus sufficientibus pollere, illam ad effectum producendi. Vis igitur, potentia opum armorumque sunt causae potissimae

b

quae

quae efficiunt, vt inter aequales ftatu, vni, qui potestate multa pollet, plus exiftimatio- nis, honoris, auctoritatisque attribuatur, quam alteri, qui ea caret. Videmus et hoc in nostro imperio R. G. quotidiana experien- tia confirmatum, vbi quidem omnes eius or- dines ex dispositionibus legum imperii pares esse debent, atque vere sunt, ac in comitiis fuffragia, vti potentes imperii ordines habent; nihilominus auctoritas ac potestas fuffragan- tis cum fententiarum tum rationum pondus totumque negotii euentum faepenumero mu- rat. Immo quod magis est, infirmiores fre- quenter fententiam animi proferre non co- nantur, donec potentior quidam praeuendo parauit viam. Ex hisce paucis cognofci pot- est, quantum potentia in comitiis ad rem fa- ciat, vbi occasio sese exferit, confensu et dif- fensu viribus potentibus fuffulto plurimum ad totius Europae faciem mutandam contribu- endi. Hinc non frustra Sueci et Galli ius suf- fragii in comitiis faepiffime affectarunt. No- tatu dignum est id, quod ill. MOSER in *Teut- schen Staats-Recht VIII. Th.* p. 488. afferit, ministros principum veterum, *der altfürstl. Häuser A. clolcccxxxii.* insinuasse ministerio caefareo proiectum quoddam, in quo ad ius

fupre-

suprematus dominis suis competentis prouocauerint.

Inspiciendo id, quod Iurisconfulti superioritatem territorialem vocant, maximam etiam differentiam inueniri, experientia docemur, inter actus, quos praepotentes, atque inter illos, quos infirmiores imperii ordines vigore illius exercent, ita, vt omnino euidentissime appareat, superioritatem territorialem in vno territorio pleniorum esse ac in altero, eamque gradus recipere. Notauit et hoc LIMNÆVS iur. publ. IV, 8. 107. SECKENDORFF *Teutschen Fürsten-Staat* P. II, 3. et 4. CONRINGIVS annot. ad *Lampad.* P. III, c. 3. §. 20. p. 243. Nam non omnes, qui ad imperii ordines referuntur, ea, quae ad species superioritatis territorialis referuntur, effectum dare valent, quae tamen potentiores efficiunt, quorum multa quidem exempla in medium proferri possent, nisi mihi persuasissimum sit, talia esse odiosa. Liquet igitur, potentatum etiam in imperio nostro R. Germ. multos producere effectus, nec in totum negari posse. Si quis autem eius rationem inuestigaturus esset, illam persuadere et inueniet in securitate publica, quae vt lex sancte obseruanda, si alias ea summa lex appellanda est.

231111

b 2

Magis

Magis autem ille, *vti iam dictum*, intuitu exterorum summa potestate imperantium sese exserit; sed antequam longius progressuri sumus, necesse videtur, mentem nostram accuratius explicare, quid scilicet per potentatum intelligamus.

Potentatus principum imperii nobis nihil aliud est, quam auctoritas, viribus praeva- lentibus suffulta, qua illi ea obtineri possunt, quae aut iis iniuste denegantur, aut non nisi iure imperfecto debentur. Quod ad huius nominis originem attinet, illa a congressu pacis Westphalicae, atque inprimis Coloniaensis et Nouiomagensis deriuanda est. Nam cum in conuentibus Westphalicis praesens orator Venetus Aloysius Contarenus more apud exteros vsitato atque *excellendae* nomine honorari aliorumque regionum legatorum ceremoniis atque praerogatiuis maectatus esse appeteret; recruduit vetus illa controuersia, qua electores sacri imperii R. G. eorumque legati more aequae antiquo Venetis anteponi atque honoribus regiis aequalibus affici postularent, praeterea simul assererent, se intuitu exterorum *vti alios summa potestate gaudentes tractandos et secundum Gallis propriam vocem souverains esse.* Quapropter imperator Romanus

manus atque aliae coronae ad electorum sententiam descendere, eorumque postulata iusta habere non recusarunt. Alia autem lis cadet at in disceptationem, cum dux Bauariae nondum elector, electoribus quidem cedens, Venetis tamen primas dare abnueret, eosque antecedere vellet. Huius contentionis origo a concilio Tridentino merito repetenda, vti Venetorum historiographus PETR. IVSTINIANVS, latissime autem cardinalis PALLAVICINVS in *historia concilii Trident.* Lib. XVI, c. 6. et L. XVII, c. 4. hoc enarrat. vid. *Dumont histoire de la paix de Rysvic* T. I. p. 14. MEIERI *acta pacis Westph.* Nunc alia occasio in tractatibus pacis Westphalicae Bauaris continuandi praetensiones veteres versus Venetos obuénibat, qua sibi eosdem cum electoribus competere honores, eamque ob causam primas eis prae Venetis dandas esse, postularent. Quid autem in iisdem conuentibus inter legatos Gallicos, Suecicos, et Brandenburgicos acciderit, videre licet apud FÜRSTENERIVM c. l. c. 47. p. 221.

Sed magis haec controuersia in praeliminaribus pacis Nouiomagensis, atque iis, quae antea Coloniae inchoata sed abrupta, praefertim eam ob causam, quia Galli legatos pri-

mi ordinis, aut uti hi in vernacula sua eos vocant, *Ambassadeurs*, Caroli senioris Lotharingiae ducis admitti recusarent; quamquam captiuitas Guilielmi principis Fürstenbergii praecipuam abrumpendi ansam dare debebat. Cum Lotharingico duce Neoburgicus, ac Georg Wilhelm, Ioh. Fridr. et Rudolphus Augustus duces Brunsvicensis et Luneburgenses aliique principes, quibus a Gallis Suecisque ius mittendi legatos repraesentantes denegabatur, communem causam faciebant; litterasque ad regem M. Britanniae et Foederatos Belgios dabant, quibus validissimis argumentis euincere obnitebantur, in eorum potestate esse, dandi legatis suis characterem, quem illis modo luberet. Nam hoc iure semper vfos esse, ut ministros ad imperatores, reges, principes atque conuentus ablegassent, nunc sub titulo legatorum, nunc alio minus conspicuo, prout eorum rebus expedire visum. Neque id arbitrii illis adimi posse, ut non ipsum ius legationis, quo ab antiquo polluerint, in dubium vocetur, aut nobiliori minuatur parte. Hinc durius cum iis ac cum electoribus, quorum legati cum characterem agnoscerentur, agendum non esse. Quod enim discrimen, sunt verba ducum Brunsvicensium et Luneburg-

burgensium, in mittendis legatis, inter electores atque principes imperii intercedat, nec quo pacto asseri possit, conicere licet. Sumus membra eiusdem imperii: viuimus iisdem legibus; par in principatus nostros, eorumque vafallos et subditos ac electoribus superioritas. Eadem nobis iura belli, pacis, foederum, in quibus tractandis potissimum legatorum vsus. Eadem dignationis nomina et electorum et principum legatis, qui in comitiis imperii comparent etc. Quia imo id tum ex instrumento pacis Westphal. tum tabulis foederis, quod christianissimus rex anno huius saeculi quinquagesimo octauo cum nonnullis electoribus ac principibus imperii contraxit, ac vulgo Rhenanum appellatum, horum plenipotentiariorum eodem titulo affectos, ad oculum liquere. Et quidem in tabulis foederis modo dicti Rhenani, omnibus legatorum titulum adscriptum. Hinc eo adspiciendum esse, vt litterae commeatus eadem, pro eorum ac electorum plenipotentiariorum expediantur formula. vid. *Actes et memoires des negotiations de la paix de Nimegue* T. I. p. 311. seqq. litterae ducis Neoburg. *ibidem* pag. 320. seqq. inueniantur.

Quod

Quod ad Foederatos Belgios spectabat, illi deliberatione habita, in publico consensu 31. Oct. 1676. decernebant, dandam esse operam, vt aequissimis principum Germaniae postulatis satisfiat, simulque asserebant, iis ius mittendi legatos cum caractere merito competere. Lectu dignissimum est illud decretum, in *Memoires des negotiations* T. I. p. 537. seqq. quae in Gallice sermone sic se habet: etant incontestable que Messieurs les dits Ducs avoient la faculté et le pouvoir, de traiter avec les princes et estrangers d' entrer en guerre, et de faire la paix, et sur tout d' envoyer des Ambassadeurs: et que les Ministres qu' ils envoient dans tout l' empire Romain, où lesdits Ducs ont des affaires à negotier, sont qualifiés du titre de *legati*, d' Envoyés, ou de Deputés, qualiter communes et generalement données à ceux qui font l' office d' Ambassadeur, par sa Majesté imperiale. Sur quoi lesdits Ducs se fondent principalement, et pour quoi l' on trouve fort estrange, que leurs dites Royales Majestés de France et de suedé, qui avouent, que lesdits Ducs ont et exercent le *ius legationis*, donnent des Passeports à leurs Ambassadeurs, par lesquels ils veulent prescrire à leurs Alteesses serenissimes, quels

cara-

caractères ils donneront à leurs Ministres, lesdits seigneurs Ducs ne prétendans autre qualité, que celles qu'ils ont eues de tout temps dans les cours et lieux, où ils ont coutume d'envoyer leurs Ministres, joint qu' on n'a pas plus de raison de contester auxdits Ducs le Droit de souveraineté, qu'aux Roys de France et de Suede; outre que le Roy de France a donné plusieurs fois le Titre d'Ambassadeur aux Ministres des Ducs de Lorraine, et que ladite qualité leur est donnée hors de l'Empire Romain, quoyque anciennement ces Titres de legatus et d'Envoyez fussent les seuls dont on se servoit pour designer les Ministres du premier rang, et que la distinction d'Ambassadeurs, d'Envoyés et de Deputez n'a esté faite que dans ce siecle, avant lequel elle a été ignorée; que leurs Royales Majestés sçavent bien, que l'on ne peut pas leur prescrire, comment ils auront à recevoir dans leur prescrire, comment ils auront à recevoir dans leur Royaume les *legati*, Ambassadeurs ou Envoyés de leurs Alteſſes sereniffimes, ou comment ils les feront traiter dans un lieu neutre par les Ambassadeurs de leurs Majestés; mais que L. H. P. ne peuvent comprendre, pourquoy l'on veut prescrire à L. H. S. en quelle

c

qua-

qualité ils enuoyeroient leurs Ministres, ou leur disputer le droit d'exercer le *ius legationis* comme aussi d'envoyer des Ministres avec ce même caractère dont ils jouissent incontestablement aux lieux, où ils ont accoutumé de disputer des enuoyez : que l'argument que l'on a pris de ce qui est arrivé à la paix de Munster, ne peut entrer en considération, puisque celui qui a droit d'envoyer des Ministres du premier caractère et de second, perdrait celui d'en envoyer un du premier caractère, s'il en avoit envoyé un du second cy-devant; joint que jamais personne n'a disputé auxdits seigneurs Ducs, qu'ils n'eussent le Droit, d'envoyer quelqu'un avec le premier caractère, tous au-contraire les ayant receus dans cette qualité, ainsi qu'il se pratique tous les jours dans l'Empire et à la Cour de l'Empereur, et comme il est même arrivé dans celles de France etc. etc.

Sed ut finem liti faciamus, nec negotium ad principum voluntatem non fluxit, et si omnes vires atque artes adhiberent, ut ipsis satisfaceret. Cum igitur Neoburgicus ac Lotharingus, quorum intererat Nouiomagensibus conuentibus mature interesse, pertaesi morarum a Gallis nexarum, ministros interim infere-

inferioris gradus ablegatorum nomine insignitos mittere decreuissent, imperator Rom. salui conductus litteris, Lotharingo traditis, inseruit, indubium illi ius esse mittendi primi ordinis legatos, et legatus caesareus Lunenburgensibus ministris declarauit, legati characterem a se minime in controuersiam vocatum iri. Conf. FÜRSTENERII Tr. c. l. qui hac occasione commotus et forsan iussu ducum Brunsvicensium et Lunenburg. saepe allegatum librum de *principum Germaniae suprematu A. 1677.* prelo subiecit, in quo eorum potentatum stabilire maximopere annitur, eorumque iura, auctoritatem, praerogatiuas cum electoralibus pares reddere affectat. Id quod ei multos aduersarios peperit, qui eius doctrinam labefactare conati sunt, attamen absque successu. Alii autem ab eius partibus stant, uti IUSTINVS PRESBEVTA s. ab HENNINGES *discursu, de Iure legationis statuum imperii,* de RHEINBABEN, non addito nomine, *im unvorgreiflichen Bedencken über die Concurrenz der Fürsten des Reichs bey der bevorstehenden Abhandlung des Friedens.* IOH. PET. de LVDEWIG *de iure adlegandi ordinum S. R. I.* Sed ut ad rem ipsam redeamus, nec a proposito longius aberremus, dictum est,

potentatum constituere vires armorum praepotentibus. Hae sunt rationes suasoriae, vt et impulsivae, vt aliquid in statu naturali alteri potenti ab altero aequo potente concedatur, quod alteri pari aut superiori honoribus et dignitatibus, sed non viribus recusatur. Dependet enim a cuiuscunque potentis voluntate, quosnam honores ac praerogativas alteri, eiusue legatis praestare, num altissimo dignitatis gradu eos locare, legatos primi ordinis seu cum caractere repraesentante recipere, audientiam tecto capite, stando, sedendo etc. dare velit nec ne, etsi timere debeat, idem per idem ei compensatum iri. Lex enim naturalis deficit, quae obligationem perfectam imponit, hincque nihil aliud superest, ac viribus praepotentibus eo aliquem adigere, vt eosdem honores exhibeat, quos aliis paribus praestat. Scio quidem, FÜRSTENERIVM c. l. p. 156. mihi contradicere, euincendo, honorem atque dignitatem consistere in comparatione, ideoque cum inter pares distinctio quaedam perpetua atque solemnis introducatur, contumeliam illi haberi, qui neglectus sit. Sed quotidiana experientia nostrae atrocitatur sententiae, multaque exempla iam adducta, seu adhuc in medium proferenda, haec clari-

clarius reddere possunt. conf. ill. MOSER *in Zusätzen zu dem Teutschen Staats-Recht* I, 226. Ut vnico tantum exemplo meam sententiam confirmem, rex Galliae principibus Italiae semper regios confert honores, quos tamen saepe ducibus Germaniae, illis adhuc nisi superioribus tamen aequalibus, recusat. Aliquando summis eos honoribus afficit, interdum eos iterum aufert. Sic legati ducum Burgundiae et archiducum Austriae regio more a rege Galliae Henr. IV. habiti, vti *negotiationes* praesidis IEANNINI enarrant, id quod et de legatis Hassiae Landgrauii ac ducis Würtemberg. ibidem affirmatur. Interdum electoralibus legatis antepositi. Vide FÜRSTENERIVM c. l. c. 58. p. 296. seqq. Secundum aliquorum relationes legati Foederati Belgii primum in congressibus pacis Nouiomagensis obtinuerunt, vt tecto capite iis interesse potuerint, quod tamen legatis foedere coniunctorum Helueticorum permissum non est. conf. plura de his in *lettres et negotiations de Messieurs le Marchal d' Estrade, Colbert, Ms. de Croissy* etc. et PVFFENDORFF *de reb. gest. Fridr. Wilh.* Et id quod durante hoc bello reipublicae Genuensi, eiusque legatis a rege Galliae atque Hispaniae promissum est, in recenti adhuc me-



moria est. Etsi igitur Galli principes imperii
 R. G. in vernacula sua *souverains*, summa po-
 testate pollentes appellent, vti inprimis vide-
 re licet in *apologia*, quam illi pro Philippo
 Christophoro, electore et archiepiscopo Tre-
 uirensi edidere in vulgus, et hoc titulo insi-
 gnita: *Memoires et Instructions pour servir
 dans les negotiations et affaires concernant les
 Droits du Roy de France Amst. 1665. 12. Pa-
 ris. 1665.* auctore DION. GOTHOFREDO,
 p. 175. vbi, etsi clavis verbis principes imperii
 nostri regibus aequiparentur, plenumque ius
 legationis ipsis adscribatur, ac confiteantur
 Galli, saepissime eos cum illis foedera iniuisse;
 nihilominus obliquis oculis alio tempore ac-
 ceperunt et animis iniquis interpretati sunt,
 cum regnante Ludouico XIII. serenissimus
 Dux Saxoniae *Bernhard*, immortalis memo-
 riae, Teutonumque heros, in eius praesentia
 caput more principibus summis consueto te-
 geret, atque adfertorem libertatis Germani-
 cae ageret, annotante auctore iam dicto des
 Memoires p. 78. E contrario in aliis regnis
 legati principum imperii honoribus regiis ae-
 qualibus accipiuntur, vti exempla multa hoc
 affirmant, e. g. legati ducis Holsatiae Gottor-
 piensis in Russia et Persia summis pares habiti,
 iisdem-

iisdemque praerogatiuis mactati sunt, sicuti ADAM OLEARIVS in *der ausführlichen Beschreibung der kundbaren Reise nach Moscau und Persien* perhibet. Quod etiam de Polonia aliisque regnis offendi potest. *Diarium Europ.* P. XXXI. p. 157. ill. MOSERI *Staats-Historie Teutschlandes unter der Regierung Ihro Kayf. Maj. Carls VII.* T. I. c. 16. p. 343. et celeb. KOENIGS *selecta iur. publ. nouiss.* P. V. c. 9. p. 353. EIVSD. *Abhandlung von Reichs-Tage* T. I. c. 2. §. 119-134. et quae sunt alia. Hisce paucis sententiam nostram satis stabilitam esse credo.

Si igitur ea, quae aut iniuste denegantur, aut nonnisi iure imperfecto debentur, obtinenda sunt, nihil aliud superest, quam, vt vires praepotentes adhibeantur, quibus ille, qui talia praestare debet, eo adigatur, vt ea exhibeat aut concedat, quae alias non concessisset, vt e.g. legatos eiusmodi praepotentis summo honore accipiat, foedera cum eo ineat, commercia habeat, eius belli et pacis ius non in dubium vocet, eum protectorem pactorum cum aliis initorum acceptet, et quae sunt alia.

Sed videamus paucis, num haec iura etiam principibus imperii competant. De hoc eo minus est dubitandum, cum constitutio-

nes

nes imperii, imprimis autem pax Westphalica ea omnibus imperii ordinibus attribuant, ita, vt illi, nullo contradicente, haec iura exerceant, titulo, *nos Dei gratia*, vtantur, id, quod summum imperium significat, se *freye und souveraine Reichs-Fürsten* appellent, vti docent litterae Sereniss. cuiusdam ducis d. 28. Nou. A. 1662. ad Foederati Belgii ordines datae, in *Diario Europaeo* T. IX, p. 536. P. XXVII, p. 165. §. 35. mediationem suscipiant, et id genus alia. conf. FÜRST. c. l. c. 23. Quod ad ius belli et pacis attinet, etiam illud exercent, quamuis constitutionibus imperii sublatum sit ius belli inter ordines imperii gerendi, attamen non ideo sublatum videtur ius inferendi bellum exteris, dummodo iustum, iniuriae vindicandae, rerumque vi illegitima ablatarum recuperandarum causa susceptum sit neque imperium periculo subiicere possit. Imo leges imperii ordinibus eius iniungunt, vt ita quisque in regione sua sese instruat, quo aduersus violentiam improuisam tutus sit, et aliis subsidio esse possit. R. I. zu Augsp. A. 1555. *Nachdem aber* etc. vbi verba sic se habent: *Das ein jeder Churfürst, Fürst und Stadt in guter Bereitschafft sitze, auch in seinen Fürstenthumen, Landen, Herrschafften, Oberkeiten*

ten

ten und Gebieten solche embsiche Vorsehung thun, das er und die Seinen dennoch dermassen gefast, damit sie sich unversehens Uberfals selbst etwas zu entschütten. Verissimum est, si superiorum temporum historias euoluimus, bella inter ipsos imperii status, modo indictionis, quam diffidationem vocant, solennitas fuerit seruata, non illicita fuisse inuenimus. Conf. *constitutio* Rudolphi Imp. apud LEHMANNVM Libr. V. *Chron. Spir.* c. 105. Post hunc Carolus IV. in A. B. tit. 17. de *diffidationibus*, et Fredericus III. in *reformat. Francof.* de A. 1442. tit. *das Niemand den andern beschädige*, clarus ob perturbatum plane imperii statum, modum indicendi et gerendi inter ipsos imperii status bellum praescripserunt. Sed pessimus hic lites inter status ortas finiendi mos, a Max. I. camerali iudicio communi statuum consensu instituto, emendatus, atque hodie ordines imperii inter se de iniuria atque vi illata non amplius armis, sed in tribunalibus imperii summis secundum leges, in imperio prostantes, contendere iubentur, sed intuitu exterorum competit illis, secundum constitutiones imperii, ius vi armorum propulsandi iniurias atque impetus propellendi. Competit illis belli indicendi et pacis faciendae potestas. Nam quomodo,

d

quae-

quaeso, status imperii ab extero principe aut republica offensus, ius suum retinere ac conseruare posset? Nam actionem quandam in iudicio quodam contra illum instituere non potest, cum inter gentes talia non extent, idcirco armis iura sua tueri et ablata armis recuperare necesse habet. Vbi enim deficiunt iudicia, ibi incipiunt bella, et quod inter ciues sunt iudicia, id inter gentes sunt bella, prout hoc latissime docet HVGGO GROTIVS de Iure Belli et Pacis L. II. c. 2. §. 2. Et cum imperium ordinibus protectionem defensionemque debeat ac sine suo detrimento ne abnuere quidem possit, ne derelicti et ab imperii auxilio destituti ab eo auellantur; hanc ob causam perspicuum est, bellum imperio periculosum principes exteris inferre recte prohiberi, nullo suprematus detrimento. Sed in quaestione est, num imperatoris atque imperii consensus ad omne bellum, foederaque ordinis imperii necessarius sit? Alii affirmant, alii negant hanc quaestione. Illi prouocant ad *ordinationem cameralem* P. II, tit. 15. R. I. *August. 1555. S. wo sie etc. Wormat. 1564. S. nachdem. 1655. August. S. und sollen in oberzehnten etc.* sed in *ordinatione camerali* c. 1. nihil de his dispositum inuenio, nec Recessus imperii satis perspicui sunt,

sunt, ordinesque imperii eo solummodo obstringunt, ne bellum, foederaque imperio nocua aut contra illud inferant atque pangant. Pax Westphalica ius belli et pacis, foederum, §. *gaudeant* VIII. indistincte ordinibus imperii confirmat, vt et iis liberam facultatem huic illiue regno (etiam extra limites imperii) suppetias ferre, non tamen aliter quam secundum imperii constitutiones, permittit. Sed si quis ordinum imperii extero veniat auxilio, alia quaestio oritur, num is, aduersus quem suppetiae feruntur, eam ob caussam impetum in imperium facere possit? Hoc secundum vigorem pacis Westphalicae aequae negatur, quippe quae hanc succurrendi libertatem concedit. Ius belli autem comprehendit etiam ius agendi delectus, armamentaria et bellicum apparatus habendi, castella, regni claustra, propugnacula struendi, et castris sepiendi oppida, ius transitus innoxii per alienas ditiones, et quae sunt alia. Conf. et R. I. Spirens. A. 1342. §. *es sollen auch*: 1544. §. *und wiewol*. 1570. §. *denselben wir*. R. I. Worm. A. 1564. §. *wir sehen, ordnen und wollen*. 1570. §. *demselben*. 1582. §. 31. *ohne alles Beleidigen*. Capitul. Leop. art. XVI. secundum has leges imperii principibus vel statibus imperii imo et vniuersis ciuibus libertas com-

d 2

petit

petit militare exteris, etsi his exinde nullum quaesitum ius sit, scribendi militem in imperio, quin potius imperator atque imperium in contrarium decernere possint, ne quis libertate illa militandi abuteretur. R. I. 1570. §. *daß weil denn.* Neque milites Germani, quando imperium illis indiget, relinqui exteris debent. d. R. I. 1570. in f. sub rubr. *Verzeichniß §. zum andern et §. fernex seq.* Huius libertatis bene memor heros ille fortissimus dux Sax. Vinariensis, *Joh. Guil.* caesare licet indignante, regibus Galliae copias adducens, qui Ao. 1559. Henrico II. cum 4000. aduersus Hispanos, A. 1568. autem Carolo IX. cum 5000. equitibus icidem aduersus Hispanos adstitit; cum primum imperatori Romano operam suam siue fatigatam siue togatam, qua vtraque mirum in modum polebat, in vanum obtulisset. Vid. GOLDAST P. II. *der polit. R. Händel* p. 382. v. *unser Aufnehmen Fürstl.* etc. Insuper publicato scripto, quantum ad copias adductas spectaret, demonstrauit, non id factum esse, ad opprimendos euangelicos, sed vt coerceri queant, qui euangelii praetextu aduersus regis auctoritatem abusi essent. Conf. CASTELNAV L. VI. *de ses memoires.* THUANVS L. XX.

Quin et postea Dux *Bernbard*, eiusdem serenissimae domus prosapia, miraculum sui aetate alique huius celsissimi stemmatis duces, vt et aliarum serenissimarum domorum, exercitus non exiguos adduxerunt regibus Galliae, aliisque imperantibus, atque adhuc eorum castra sequuntur.

Innumera foederum exempla sunt in promptu, quae principes, alique imperii ordines cum exteris sanxerunt, eorum autem enarratio ad aliud vsque tempus differenda. Vid. FÜRSTENERIVS c. I. c. XXII. et *memoires et instructions*, iamiam allegatae pag. 175. seqq. BODINVS L. I. *de republ.* c. 9. atque hodie haec facultas ordinibus

dinibus imperii ex dispositione pacis Westphal. §. VIII. gaudeant competis, etsi multi contra hanc ordinum libertatem declament. Conf. tractatus noster, cuius titulus hic est: *selecta de vnionibus electorum* etc. Amplus quidem campus sese nobis obiicit, vt prolixiores in hac materia esse possimus; sed sufficiant interea haec pauca, vsque ad aliud commodius tempus, quo musae nostrae indulgentia et fauore beneuolorum lectorum, haec exigua bono animo accipientium, excitatae erunt. Multa quidem adhuc de superioritate territoriali eiusque origine, vt et iis, quae ad eam referuntur, proferri possent, nisi nobis Vir perillustis ERNESTVS IOACHIM DE WESTPHAL, decus ac fulcrum illud eruditi orbis, in disquisitione eruditissima, de genuina origine potentatus principum in imperio sacro Romano-Germanico, otium fecisset, quae, quia raram sese reddidit, prelo rursus commendata et cum NICOLAI CHRISTOPHORI *Liberi Baronis de LYNCKERI libello de potentatu*, coniuncta, sese TIBI, BENIGNE LECTOR, hic offert, et quidem illa in hoc opusculo primum, haec secundum obtinens locum. Intelligit autem perillustis ille de WESTPHAL, nihil aliud sub potentatu, ac illud, quod alii iurisconsulti superioritatem territorialem vocarunt, id quod tamen cum pace generosissimi auctoris dixisse volo. Alio autem modo a Libero Barone de LYNCKERIO potentatus describitur, quippe qui hunc et illam bene distinguit, atque cum B. de LEIBNITIO consentit, etsi non in verbis, attamen in rebus. Accipias igitur, BENEVOLE LECTOR, haec benigne atque indulgenter, et si non omnia satis ad amussim perpolitaeque obseruabis, aequum tamen comeque abs TE sperat iudicium ille, qui suas musas TVO fauori beneuolentiaeque semper optimum in modum commendat.



CONSPECTVS MEDITATIONVM
HOC LIBRO
CONTINENTIVM.
DE
GENVINA ORIGINE
POTENTATVS PRINCIPVM
IN IMPERIO
S. R. GERMANICO.

S. I. Ingressus de peruersis doctrinis in iure publico imperii Rom. German. ostenditur e iure Romano, Longobardico et clientelari, canonico commixtione diuersorum limitum doctrinarum, ac iurium, legumque, regionum exoticarum, insitutis Germaniae non conformium; id quod probatur inductione legum morumque Galliae, Hispaniae, Portugalliae, Angliae, Daniae, Sueciae, Polon. Hungar. Bobem. Siles. Moscou. Italiae, Belgii, Heluet. Certum iurium statuum Germaniae fulcrum ponitur in obseruantia ac legibus.

§. II. Causa dogmatum incinnorum in ignoratis potentatus incunabulis. Inuestigandae originis praestantia, usus, ac necessi-

tas, in condendis erroribus communibus, in iure naturae, num detur institutio legalis, num testamenta sint iuris nat. num mos de sepeliendis mortuis, gentilibus νόμος δαυμόνων, sit praecipit naturalis? quid de legibus posit. universal. num ignorantiae asyllum? In iure diuino num ius aggratandi principum euangel. obtineat in homicidio dolo ac voluntario, in doctrina morali, in iure humano eoque canon. eccles. ciuili ac forensi, clientelari, praesertim in iure publico notatur incuria Dd. generatim. Cur usus sit auctos vocabulo potentatus eruitur? quare I. S. R.

§. III. Neglectus ac incuria circa inquirenda cunabula potentatus speciatim. Historia neglectus
huius

*huius argumenti, illique eiusdem
causae, Iuriconsultorum exceptio-
nes contra monita, ac institu-
tam actionem perquirendorum
dierum natalium potentatus. Pri-
ma exceptio communis originum
inscitiae. Secunda, temporis ac
termini incerti. Tertia illegitima-
tionis inquirentium, causae fun-
damento ab ipsa historia destitu-
torum. Quarta nimiae obscurita-
tis. Qua praesertim falsa suppo-
nunt, quae non debent. Sunt ta-
men, qui periculum fecerunt exa-
minandorum Iurium supremorum.
Eorum defectus.*

*§. IV. Examinari merentur sy-
nonima territorialis suprematus.
Nominatim olim vocabulum ban-
num, vexillum, hasta, instar sym-
boli, fide scriptorum Francicorum,
inprimis Germanicorum ac diplo-
matum ab A. 1156-1536. Origo
consuetudinis vexilla habere in-
star symboli auctoritatis. Eano-
nis significatus nominalis innuit
potestatem. Quid eius realis no-
tauerit? Origo bannorum ex ae-
tate Francorum. Formula cum
omni iustitia ac iure. Vocabu-
lum; superioritas, adiectione ca-
rens. Vox territorium, districtus,
ditio, iurisditio, merum imper-
rium, aureus circulus, formula
cum omnibus iustitiis ac regali-
bus, aduocata, recentissimum est
vocabulum superioritas territo-
rialis.*

§. V. Indoles ac complexus po-

*tentatus. Num potentatus, sum-
ma potestas? aff. exceptio; nisi
adsint pacta. Exerit virtutem in
iuribus maiestaticis, quae male
opponuntur reseruatibus caesareis.
In iis pertractandis et declaran-
dis opus est cautela. Versantur
illa iura 1) circa saecularia, quae
exprimuntur per regalia, recen-
sentur cum quoad maiora regal.
ac gratiosa iura terr. intuitu pa-
cis et belli, tum quoad minora.
Vindicantur a praescriptionibus.
2) versantur circa sacra, quod ne-
gant ii, qui clericis haec iura ad-
scribunt, sed perperam magis,
quam prudenter, licet doctrinae
colorem quaerant, a) e potestate
externa ac interna ac b) prima-
rio fundamento iuris episcopalis,
quod spuris praesuppositis defen-
dunt. Sigillatim falsis rationi-
bus, ex ecclesia apostolica, ex do-
ctrina condonandi peccata ac ex-
communicationis, ex aliis dictis
ac formulis. Principes non ha-
bent iura ab episcopis. Hi enim
sunt subditi ac pendent in terri-
torii a nutu principum genera-
tim. Quod speciatim probatur
exemplo e ducatu Megapol. Def-
enditur contra insultus contradi-
centium. Consentientibus nonnul-
lis. Aliis titubantibus ac distin-
guentibus citra rationes solidas.
Series iurium sacrorum. Quibus
iunguntur prouidenda principi-
bus, ac rationes apologeticae con-
tra eos qui hanc irrationem tri-
puerunt foro ICtorum.*

SYLLA

SYLLABVS
OPVSCVLI II.
IVRIS PVBLICI
DE POTENTATV.

SECTIO I.

DE IVRE POTENTATVS
IN GENERE.

- §. II. **D**eriuatur potentatus a potentia.
- §. III. Inquiritur, num haec denominatio Latine nota sit, nec potius cum vocabulo suprematus commutanda.
- §. IV. Deciditur, quibus potentatus competat, quid sit, ostenditurque insimul, sermonem hic esse solummodo de statu imperii potentatu.
- §. V. Afferitur in genere omnibus totius orbis potentibus, qui neminem nisi Deum agnoscunt superiorem, in specie ille quoque attribuitur electoribus Imperii Romano-Germ.
- §. VI. Is adscribitur ducibus et principibus Imperii R. Germ.
- §. VII. Potentatus magis explicatur, eiusque effectus disquiruntur.
- §. VIII. Quaedam species eiusdem adhuc enarrantur.
- §. IX. Potentatus statuum imperii deriuatur ab eorum potentia.
- §. X. Praerogatiuae quaedam electorum S. R. I. enumerantur.
- §. XI. Disceptatur, num statui poliarcbico potentatus competat.

SECTIO II.

DE IVRE POTENTATVS
IN SPECIE.

- §. I. **A**d specialia potentatus transitur.
- §. II. Ius mittendi legatos inter praecipua iuris gentium capita referri monstratur.
- §. III. Differentia legatorum docetur.
- §. IV. De residentibus agitur.
- §. V. Disquiritur, cur legationes suscipiantur, et foedera ineanantur.
- §. VI. Deciditur, quid ius bellum gerendi significet.

SECTIO III.

DE CHARACTERIBVS
POTENTATVS.

- §. I. **I**i recensentur, atque intelliguntur per eos, exteriora honoris, titulorum, praecedentiae etc.
- §. II. Potentes nostri imperii maiestatis nomine non uti neque eum habere afferitur.
- §. III. Eruitur, utrum potentatus ex praecedentia eruendus.
- §. IV. Amplius de hoc argumento disseritur.

PRO-



PROOEMIUM.

Nulla cum publici tum privati, cum patrii tum ciuilibus iuris doctrina ita a ICTIS polita, ita a doctoribus in lucem est constituta, vt nihil addi, nihil demi, nihilque proponi amplius queat emendatius. Expunxerunt iam Cl. viri HEVMANNVS, REINMANNVS, aliique ex elementis litterariis credendorum immotis rationibus, brocardicon ac pseudoprouerbium, obscuro loco, si natales respexeris, exclusum: *Nihil dici, quod non dictum sit prius.* Scatent in vulgus noti libelli iurium suis defectibus, defunt auctoribus necessaria saepius in causis ventilandis documenta, multa occurrunt nunc audacius dicta, nunc minus distincte ac parum exacte expensa, destitutaque Daedalo, quo cohaerere debebant, ordine, non secus ac ratione doctrinae conuenienti. Liberum inde cuique, amplis passibus ad veritatis cognitionem contendere, ac si vestigiis veterum frustra sese instituisse animaduernerit, in sacraria veritatum sua industria ac opera penetrare sollicitius.

A

Exul

Exul enim hodieque a nostris foris is, qui rerum ad eruditionem facientium, *μονοπωλείαν* gloriarī possit, valeatque, nisi nimia de suis facultatibus spe percitus, in vulgus ebuccinare, omnes in iurium campis se coëmisse merces, nihil vt residuum sit caeteris restetque inuehendū aliis. Quorum omnium memores in praesentiarum iussu suasuque; imprimis illustri Dn. a LVDEWIG, Patroni, doctoris ac hospitis mei summo animi cultu ac obsequio prosequendi, deuenerandi, aggressi sumus paulo penitius inquirere in arduum ac sat momentosum iuris publici de potentatus origine, argumentum, illudque non ex spuriiis fontibus, sed genuinis historices, iuriumque limpidis fundamentis, excutere ex instituto. Qui enim communiore in ore Ictorum de regalibus territoriisque iuribus sunt sermones, eo certe falsiores sunt ac pestilentiores. Quod iam vna manu dederunt principibus, altera iterum recipiunt offeruntque imperatori. Faciunt nunc caesarem monarcham eique tribuunt potestatem Francorum ac Carolidarum; nunc principes rebellionis, criminumque reos poenis grauissimis expiandorum accusant, iura eorum propria venditant pro beneficiatis, imo si plurium, FRANC. BVRCARDI, LAVR. FORERI, CASP. SCTOPPII, ac Iesuitis ipsis Colonienſibus rigidiorum

diorum suffragia sequamur, vsurpatorum vices sustinuerunt, quorum iura praetensa ac illegitime possessa per publicas LL. ac gratiosas constitutiones demum nacta sunt robur ac legitimationem. Putidi hi, cum caeteris innumeris, errores, ex neglecta industria inquirendi curatius in natales ac cunabula potentatus, iuriumque superioritatis genuina. Eis enim perspectis, intellectu facillimum est, num factum militet pro imperii principibus, num aequum ac ius? Quod vt pro dignitate momenti rite prosequeremur, in id cumprimis nostro instituto mentem defiximus, vt ἀραξίας pertaesi, praeposterum ordinem, quo plerique ὑστεροπροτέρως καὶ ὀμνησίως (*) Iura illustrium subuertunt, praescinduntque potius quam exponunt, prorsus a nostris limitibus proscriberemus, ac ne per antidatam (**) gallis consuetam, historicisque decantatum γροῦσιμον, per saturam quasi collectio suboriretur (***) praemissis indole ac complexu iurium potentatus, distincte diuersus temporum status, diuersasque iurium electorum principumque periodos, euolueremus meditemurque. Hinc quoad archiprincipes epochas aevi Anticarolingici, ipsius Carolini ac

A 2

Post-

(*) CASAVBONVS ad At. L. I. Ep. 16. GRAEVIUS macrob. L. V. Sat. C. II.

(**) HILL. in Donell. L. 23. c. 6. lit. m. MEIER. Coll. I. A. de fals. Th. 2. n. 21.

(***) GODOFR. ad L. vi. C. de Lat. lib. toll. SCIP. GENTIL. L. 2. Parerg. c. 28.

Postcarolingici collustrauimus, ea quidem methodo, qua gentium libertatem, principio dein earum subiectionem expenderemus, & tum demum, extincta sobole Carolinorum, renata principum libertatis iura, ex insigni euentique status mutatione ac metamorphosi Conradina, quae scopo nostro praecipue inseruit, prolixiori studio vindicaturi, erueremus exacte. Enimvero in principum imperii superioritatis ortum inquirentes, ulterius progressi sumus, habuimusque rationem fatalis periodi Henrici Leonis ac Conradini. Eorum enim aeuus extincti plerumque sunt ducatus, in partes abscissi, diuisi adeoque in nouos transfusi transformatique, exceptis **DVCIBVS MEGAPOLITANIS ac POMERANIAE.** Hi enim cum *Systemati Imperii Teutonici* nulla Germanorum vi addacti, nulla necessitate compulsi, sed quod adauget **DVCVM** eminentiam ac praerogatiuas, *liberrima voluntate*, sero demum accesserint, auitis iam regum ducumque temporibus, regnantium ac dominantium omnimoda potestate sunt potiti, gauisique originariis in gentes iuribus, proprioque dominio ac potentatu, legum, vt **LIVII** verba (*) mea faciam, optimarum instar, instructissimi. Quae omnia ex coequalibus scriptoribus, ac historicis probatissimis, in ipsa disquisitione latius probatum inuimus commonstratumque, additis vbiq;e, si tulit exegitque occasio ac grauitas causae, iurium doctrinarumque elementis purioribus. Caeterum cum recordemur, quod hominum industria imperfectionis vinculum nullo tempore hucusque transilierit, nec aliquando limites destinatos sit egressura, facile largientur prudentiores, eos quos exagitat zelus, ac inuidiae lancinant stimuli in omnia vultuose nimis adseuerandi, pro absentibus omnino reputandos esse, nisi sint animi praesentis. Scr. Halae Hermundurorum **CIO CCCCXXI.** Pridie Kal. mensis Iunii. **DE**

(*) L. 37. c. 54.



DE
ORIGINE
POTENTATVS.

§. I.

Quanteus stupor ac abusus inuaserit perturbauerit-
que aliquando, hodieque infestet sacraria iuri-
um illustrium, tot etiam nunc decantata super-
sunt vestigia, tot saturnini commatis loquuntur
documenta, vt haud citra rationes prudentiores iis atton-
nitos, subierit mirari, qui factum sit, quod tot crassissi-
mi dogmatum errores in ventilandis causis principum
Ictorum tantum non omnium oculos tenebris obduxe-
rint, ac ambitu suo et complexu per vniuersum Iuris pu-
blici campum ferme sese diffuderint extenderintque.
Hos nunc exagitat (a) affectus iuris Romani ac Longo-
bardici, eos nunc trahit voluptas decretorum pontifi-
cum, alios iterum afficiunt principia diuersarum disci-
plinarum, caeterosque, qui sapere sibi videntur, retra-
hunt abducuntque a regia (b) mores exoticarum gen-
tium.

(a) Dicendum hic est quid in notoriis sentiamus, sigillatim. Fru-
stra agunt omnes ii qui historiarum iuriumque imperii positionibus
LL. Romanas Italiaeque instituta, oris ipsius consultissima, decisio-
num instar admiscant, potestatemque Transalpinam a Latinis SALI-
CETO, BALDO, ac ALVARETTO bene, peius a Germanis im-
peratori commendatam, lance Imperio moderno accommodata li-
brare, imperiique Germanici essentiam libris de imperii regimine,
de lege regia Germanorum, de statu rei ac reip. Romanae, exhau-

rire periclitantur. v. *Inform. Donaverth. p. 123.* CONRINGIVS *Epist. p. 27. 287. de germ. R. Imp. c. 9. §. 5. p. 105.* KESTNERVS *de defectib. iur. commun. in rep. probl. 5.* MONZAMBANO *C. 1. §. 15.* Merentur hanc virgulam omnes qui moralistarum veterum agmen sequuntur, patiunturque eorum dapibus se ita inescari, vt inconsulto colore dissentientium asserum, praeunte PAVRMEISTERO, *Libro*, quem pro genio seculi, comprobantibus LAMPADIO, BESOLDO, STEPHANO, *de iurisdictione* inscripsit *L. 2. c. 6. p. 716.* haud erubescant reputare ἀπολίτευτον. Inseruiunt huic icenae ex nostratibus HOTTOMANNVS, OTTO, MVNCHMAIERVS, ENGELBRECHTIVS, illustris autor annotationem in SCHWEDERVVM, et qui Imo loco nominandi fuissent, *auctores faceri ordinis des memoires de Trevoux*, quibus nouissime adnotarunt perspexeruntque lyncei, nucleum doctrinarum publicarum delitescere in putaminibus LL. Romanarum, ac Ciceronis corticibus scriuiusque. Verum explodimus merito huiusmodi furfuris opiniones, omnesque eos in media luce caecutire, animaduertimus, qui indulgentiores extraneis institutis magis quam patriis, duodecimum Codicis-Iustiniani librum pro iuris publici Germanici principio venditant, qui in Germanorum imperio ad Romam veterem ac monarchiae, vti quidem allucinantur, immutatas constitutiones se recipiunt, legum condendarum potestatem imperii statibus, etiam post promulgatam P. W. *per L. f. C. de LL. L. 2. C. de V. I. E.* perperam abiudicant, *vicarios Illyrici per Imperii Germanici vicarios* repraesentant, status comitiales eorumque iura cum populo Romano, ac democratiae LL. perfricte comparant, qui *L. aquiliam* contra Reges ac duces, *Iuliamque ac Corneliam* contra inuasores gallos virgent, Caesarem totius mundi dominum vi *L. 9. ff. ad L. R. de I.* Principes vero consules, mandatarios, praefectos praetorio, primariosque stilo ALTHVSII, AVENTINI, BOVSCHERII, BRVTI seu LANGVETI, administros curiarum salutant, monarchomachis cum BARTOLO *ad I. 24. ff. de capt. viam* pandunt, priuatiam omnium in caesares Iurium translationem cum τὸ videatur *L. 1. ff. d. const. Pr. §. 6. I. de I. N. G. C.* defendunt, principum obligationes ex facto decessoris sordida philosophia *ex L. 23. C. de Decur.* et decem aliis dimetiuntur, ius de non appellando, aliaque iura Electorum ac principum

cipum ea saltem ratione, quod eadem aliquando licuerint praetoribus, per *L. 1. §. 10. ff. de postul. saluant*, ius nobilitandi caesarem per solam *L. 1. ff. ad lul. de amb.* vanissime corroborant, imperatores hodieque virtute *L. 31. ff. de LL. L. 3. ff. de Leg. 13.* Legibus solutos esse certo confidunt, cunctam imperii maiestatem cum SCHNEIDEWINO ex *L. 5. C. de sacril. L. 7. §. 3. ff. ad L. lul. mai.* in solum Augustum conferunt, illustrium constitutionibus effectum edictorum praetorum ac iuris municipalis saltem attribunt, characterem Germanici caesaris ex sanguine aut illius cum GOEDENIO deducunt, in iuribus procerum imperii vindicandis ac acquirendis processu priuatis consueto solemni que insurgunt, pacta Annae Britanniae reginae cum Maximil. I. Scti Velleiani beneficio, *Germanico iure et ipsis priuatis denegando*, infringere satagunt molliunturque, qui denique in successione Auriacae Galliaeque argumento decem gradibus remotiorem agnatum in regno successiuo a successione includunt ac inconsiderato prorsus calore fontibus potissimum *Sbi vlt. l. de success. cogn. arua Germaniae rigant*, polluntque. *V. TABOR de met. et Epidemetic. P. 1. c. vlt. n. 4. P. 2. c. vlt. n. 6. ANDLER Iurispr. L. 1. T. 5. n. 7. p. 141. HERMES c. 5. qu. 4. p. 25. COMINAEVS L. 1. de Bell. Neap. p. 284. CORSETVS de potest. regia qu. 23. p. 95. THVANVS Hist. L. 81. p. 169.* Utinam recordati fuissent huiusmodi furfuris amatores, ipsa Ciuilia instituta per consuetudines LLbus derogasse, non solumque Romanorum ius publicum, iuris populi instar a LLbus ac doctrinis pendisse vniuersim; verum etiam exemplis, vsuque magis obseruato *V. CABOTIVS L. 1. var. disp. Iur. 1. PLINIVS L. 1. Ep. 32. GRVTERVS Inscript. p. 150. n. 6. HERTIVS Paed. Iur. Publ. vniu. S. 2. §. 3. 9. MAVRITIVS de Pr. Iur. P. c. 2. n. 40.* His tamen assertis Romanorum iura laude ac praestantia, quam MELANCHTON diuinam appellauit, non defraudamus, quin potius, si abstraxerimus a moralium principijs, eorum operas debitis elogijs prosequimur, qui rationes institutorum receptorum ex antiquitatibus Romanis ac philosophiae Stoicae elementis ad Romanorum rempublicam generatim, in quibusdam, saluis Germanorum institutis ad nostram in rebus priuatorum applicauerint, abstinerintque a temperantia eorum, qui Romanae reip. historia destituti, vel LL. iniustitiae accusant vel doctri-

doctrinas eorum de numero testium septenario, faeminarum a successione exclusione, actibus volum. ac prorog. Ictonis, occulta qualitate irrationabilitatis, barbare fati contemnunt despiciuntque alto supercilio v. ZONORAS ad *Constit. apost. L. 7. c. 24.* Fumum item vendunt, qui in disquirendis *Germanici* iuris controuersis iure feudali *Longobardorum*, textuque 2. F. 56. eciam nunc vtuntur promptuariis, hodieque sibi caesares Orientales, duces valuafores ac officiales, somnio STAMLERI ac BOCERI imaginantur *προπετωός* vid. *ITTERVS de Feud. Imper. c. 3. §. 2. p. 82.* RVMELINVS ad *A. B. P. 2. p. 684.* CRVSIVS de *Praeeminent. L. 3. C. 1. p. 26. 349.* Nec minus hariolantur ei, quibus HERMES ac FISCHERVS sunt a consiliis quotidianis, cum hi in confarcinandis variis, canonum variorum, hofculis mire defudescant, adhortenturque serio magnaces Germaniae, vt sputum lingant ipsius vicarii, eorumque, qui sunt e grege discipulorum. Succedunt focii, a nostris oris scriptis BOECLERI, HVBERI, HERTII, ac nouissimo studio *Illustr. Du. BÖHMERI* ex instituto nunc pulsi, qui vestigia legentes BESOLDI, LIBENTHALII, STEPHANIQUE, diuersos politices, I. P. vniuersalis, ac peculiaris cancellos amouent, sacram anchoram politices aristotelicae cum ARNISAEO ac ARVMAEO confugiunt, principum actus obligatorios, aurae diuinioris, puta, scholasticae particulis identicis ac formalibus absone collustrant, itemque nunc FRITSCHII aliorumque religionis nimietate capti e sacris solis, nunc duce BECMANNO ac SCHVTZIO solis profanis LLbus, illustrium causas componunt, dimetiunturque.

(b) Fallunt nimirum ac falluntur, qui hic exemplis diuersarum Reumpublicarum, licet suffragiis ZIEGLERI, KNICHII, KLOCKII, MYLERI, MEIXNERI, ac LYMNEI militant, in causis domesticis ad peregrinas leges Graecorum, ad Taurinas, ad Partitatum, Suecorum Madellagnam, Ius Christophorianum, Danorum Nomocanonem saepissime appellant, insimulantque insimul audacter, Germaniae ICtos sacrilegii, quasi in iura publica impeterent, sigillanturque caesarum statuumque maiestatem effraeni dicendi licentia *Dillingensium*: Turbant hi ac miscent limites seperandorum regnorum ac dum ad statum *Philippi II*, PEREZII, ac WEIDII facta, hodieque respiciunt, ipsi propterea se reos profitentur ignorantiae, quid

quid differentiae intercedat inter eos, qui consilia artibus PACKII manifestant, propalantque arcana illustrium domestica BVCHANANI intemperantia, et qui Principum Iura e solidis fundamentis exacte eruunt, tuentur, interpretanturque. Habet quodlibet territorium prouti liberior est status, regulas suas, suamque normam in radicibus legum domesticarum, axiomatum instar immotorum. Nostra Germania sua imperii viuit obseruantia, suisque legibus, quibus territorialia iura corroborata a quouis leguntur conspiciunturque vid. ANTONI *Apolog. de potest. imp. et hod. imp. stat. Concl. 12.* Incorruptam per 7. seculorum lapsus seruauit hodieque seruat imperii formulam, certa sua nouit iura, liberrimoque vitur perduratque, voce ipsius Maximiliani, statu regio, eoque, consistente AEN. SYLVIO *Disc. Germ. c. 30.* aliis illustriori. vid. *Illustris Dn. a LVDEWIG Reliqu. MSS. T. 1. praef. HORTLEDER de caus. B. G. L. 4. C. 5. pag. 65.* BVCHANAN. *de iure regn. ap. Scot. p. 53.* KECKERMAN. *Syst. Pol. L. 1. c. 4.* Verum in omnia alia eunt cetera Europae regna, caeteraeque prouinciae ac regiones, quae ex contrariis causis aegre *notitiam statuum, publicam scientiam* nullatenus admittunt, eiurantque diuersimode liberiores doctrinas. Gallia praeter Deum ac ensẽm nullos hodie nisi simulatos agnoscit regni pares, imperio quidem ac iure comitali olim in regionibus, quas vocant *les p̄is des Etats*, instructissimos. GOLDAST. *de Senior. L. 2. c. 19.* Multa hic arcana, paucis cognita, liberiori stilo detexit I. de SERRES *dans l' Inuentaie de l' histoire de France p. 484.* et, qui primum occupat locum, PETRVS SAXIVS *Arelatensi Pontificio*, opere inter cimelia litteraria Ill. Dn. de LVDEWIG conspicuo, ac KNESEBEKIO innuente, *prodr. I. P. Vniu. c. 2.* rarissimis ipsis contrahabendo. At norunt fata sua SESELLIVS ac HOTTOMANNVS, licet innocentibus librorum titulis incedentes, omnesque ii qui rege, subditis ac beneficiariis totam Franciam absolui nolunt, nec cum BODINO *L. 1. de rep. c. 8. p. 151.* regibus malunt blandiri. vid. FR. BELGARIVS *Comm. R. Gall. L. 1. §. 14. p. 9.* LIMNAEVS *Not. F. R. L. 2. c. 25. p. 977.* P. DANIEL. *Dif. fert. prel. jointe a son histoire de France §. 3.* Hispania aequè ignorat iura electitia, temporaque Friderici Catholici, qui testibus GOMEZIIS ac CASTILLO, ad *Taurinas LL.* conficiendas, generalia regni

regni comitia coegit conuocauitque. Protegit nunc scriptores, qui CAMPANELLAE opera Monarchiam stabiliunt, execratur occiditque eos, qui haereditariam potestatem, affertam afferunt, regni auctoritatem, loquentibus P. MATTHIEV *Hist. Henr. 4. L. 1. nar. 4.* ac LIPSIO *de magn. Rom. L. 1. c. 3.* in ortum ac occasum extendere recusant, inquiruntque pragmatico more in statum ac iura, studio BOCCALINI ac MARIANAE vid. *L'etat de la Mon. d'Esp. p. 63. l. de LAET de Reg. Hisp. opib. ac regn. c. 3. 4.* LVPVS f. RVVIOS *de obient. regn. Navar. n. 9. 10.* MOLINA *de L. ac I. T. 3. P. 1. Tr. 2. disp. 576. n. 5.* Portugallia mutauit formam, deposuitque nunc regni faciem, vano propterea labore ac penicillo MARTHEI ac HIER. OSORII Praefulis Algarbiorum, adumbratam. Docent id laxius LVNDORP. *Aët. P. T. 4. a. 1668.* ac pretiosissimus scriptor, VITTORIO SIRI *nel suo mercurio ouero historia de' correnti tempi T. 1. L. 1. a. 1640.* Anglia testimoniis CHAMBERLAINI, WOODII ac MIEGII, incertis se torquereturibus, iisque aetate Wilhelmi Conquestoris, ac ex iure belli victoris, certe non adductis sed liberrimis, aeuo Henrici septimi restrictis, iterum mox relaxatis, immutatisque demum tempore Carolino, vid. POLYD. VERGILIUS *L. 1. Hist. Angl. vita Henr. XI.* Testantur hanc veritatem, quae SALMASIVM in Romanorum antiquitatibus defudescentem omnino fugit, JOHNSTONIVS, HOBBSIVS, FR. BACO, monachus ALBANI, MATTH. PARIS, IENKINSIVS, COOKIVS, BATEVS, ANONYMVS *ap. CAMDENVM*, et qui ex secretioribus archiuorum scrinijs fatis reconditis, sitim litteratorum restrinxit, THOM. RYMERVS *actorum Anglicorum*, quae ex regia donatione gazam litterariam *Exc. ac Cl. Du. I. B. MENCKII*, solum exornant, *T. 10. ad a. 1438. 39.* Nec consultus est, in *Dania LL.* regni comitiales repetere, ac cum DALNERO, RESENIOQVE Iurium Danicorum Norwegicorumque hermeneuticam ac analysin moliri vid. Cel. MOLLERVS *Isag. ad Hist. Cbersf. Cimb. P. 1. c. 15.* Recorderis velim factorum Legati Anglorum MOLISWORTHII, qui dum tetigerat subtiliora, vendideratque regnum statumque *dans les memoires de la Cour de Danemarck*, pro despoticis, mox nactus est aduersarios, iudicio licet ipsi inferiores. Et gratis, perfunctorieque hodie CRANZIYM, SAX. GRAM-
MATI-

MATICVM, MEVRSIVM, PONTANVM, WORMIIQVE *monu-*
menta ac TOMOS HVITFELDI consulueris ni cuncta facta, sub-
 odorante BVNONE, in modernum immensae potestatis statum ab
 A. 1660. dependentem, quadrent conspirentque ex asse. Nihil-
 ominis tamen ipsi sagaciores Dani cum ROSEFONTANO ingenue
 sunt confessi, saturnino prorsus ac *solutissimo* instituto in hanc are-
 nam *politicam* WANDALINVM, Theologum, condescendisse, scu-
 to quidem ac hasta fidei pastoralis indutum. Is tantae certe pro-
 lapsus est audaciae, vt haud erubuerit, Ius regium ἀνορέυδουδον
 e Imi libri Samuelis, Doctoris Iurium Danicorum singularis, capi-
 te octauo adstruere ac vindicare, Zelo quasi heroico adactus. Ha-
 beremus hoc modo nouam praerogatiuam Theologorum, optimos
 que nunc demum Publicistas, Hebraeorum Doctores, BVXTORFI-
 VM, CVNAEVM, SCHICKARDVM, SELDENVM ac MENO-
 CHIVM. Inprimis cum quoque inter Germanos sint, qui inuen-
 tis Danici Theologi assurgunt, leguntque vestigia etiam ANDLERI,
 qui ex capitibus ipsius Exodi, numerum septenarium Elektorum
 computauit, existimauitque, e sacris litteris optime variaram Co-
 ronaram I. R. G. genera, distingui ac explicari. Parum adest ab
 horum liminibus AMANDVS VERVS, qui in *Imperio Politico*,
 CHRISTIANO I. DVCI MEGAP. *consecrato*, normam moderni
 Imperii et historia S. Regum *Iudicumque* declarare fategit, neglexit-
 que penitus ipsos Germanorum mores, quos hac ratione potius ac
 commodius adhuc e foro ac Libro *Iudicum profano*, i. e. Hispano-
 rum LL. Codice, *Fuero Iuzao*, eliciendos esse credideris, immo de-
 duxeris. vid. PITHOEVS *Cod. LL. Wisigothorum L. 12. gv. gv-*
ALDO Hist. Leop. Caes. T. 1. p. 625. Diar. Eur. Cont. 4. a. 1660. p.
367. GASTELIVS de statu publ. Europ. C. 6. p. 259. Suecia, statu
 suo non innotata, saepius, scribente OXENSTIRNA, abiit a vete-
 ri regni canone ac formula. Nunc habuit epocham, ex anni 1544.
 solemnibus Comitibus, Iuris haereditarii, vid. IAERENSONII *Hi-*
storia Gust. I. c. 2. OL. MAGNI Hist. Gent. Sept. a. 1567. CHYTREI
Sax. L. 9. p. 223. nunc paululum recessit, nunc subiit nouas muta-
 tiones, recepitque a 1680. auctoritatem absolutam regiam, nostris
 temporibus iterum inuersam vid. HARTNAE. *ad Micrael. L. 3. S.*
s. p. 321. SNIDEMANNVS Corp. Instit. c. 3. 4. IMHOFF Not.

Præc. I. L. 4. c. 1. §. 22. p. 129. Ill. autor des Eur. Heralds T. 2. c. 6. p. 284. Inde causa dolorum, qui animos WEXIONIORVM Nobilium de GYLLENSTALFE, ius electitium ex antiquis aeuis reuocantium, percusserunt, penetraruntque viscera ipsius IOH. MESSENI, auctoris Scandiae illustratae, obseruationibus a Historiographo PERINGSKIOLD adactae. Vt igitur horum vestigia merito terruerint HEDRAEVM de Iure Regio Suecorum, ad LOCENIVM *Histor. Suecan. L. 6. p. 197. L. 8. p. 457.* ad SCHEFFERVVS *Suec. litter. p. 85. PRAETORII orb. gothic. f. 1688. e Polonia* Heneticae libertatis hodieque tenacissima, fugit, repellitque potestatem, quae aliquando ORICHOVIO teste emicuit, in Dominantibus. Caueas is vindictae, cui calamum aduersus RITZISTANNOVICI statum regni Polonici, KOLVDIKI, HERBARTI, CHWALKOWSKI, ac HAVTEVILLI veritates ac promptuaria constitutionum Polonicarum, stringere allubuerit placueritque, inuentibus HARTKNOCHIO *Reip. Pol. L. 2. c. 3.* ac nouissimo Auctore NIC. ZALAZOWSKI *Iuris Regn. Pol. praefamine. Hungaria* gratiam Caesaream exosculans, obliuiscatur necesse, status, quo olim gauisa est, laxioris. Frustraneam namque sponderunt praestiteruntque operam, STEPH. VERBEVZVS *Tripartito Consuetudinarii Iuris opere*, atque in *additamentis* IO. SAMBVCVS. Idem dixerimus de regno *Bobemiae*, quod ultra Seculum nouam plane induit figuram, adeo ut antiquitatis vindices SCRANSKIVM ac BORETVM, cum BALBINVS tum GOLDASTVS eleganti opere *de regno Bob.* propriis telis merito conuicerint iugulaerintque. Auram *Silesiae* facile persentiscimus exinde, quod patria scripta HENELII ac SCHIKFVSII hodieque exulent, debeantque colluctare cum blattis, ac delitescere in MSS. *Moscouiae* doctrinae Iurium publicorum pendent a nutu ipsius, quem venerantur, Monarchae, alios inter testantibus FERDO *Fragm. polit. p. 32. ac anonymo rerum Moscou. Patau. ed. L. 2. c. 3.* Italia Ius Publicum tribus penultimis Titulis Codicis absoluit, alitque in Principatibus inprimis vel Caesaris beneficiarios Iuri Longobardorum alligatos, vel subditos, contra Pontificum Constitutiones ne verbulum quidem audentes hincere ac susurrare. Non opus est fusc exscribere loca ex Italia regnante LETI, GAILLARDI statu Ital. prouinciarum, Decifioni-

tionibus HIER. a LAVRENTIIS, SIGONIO, SEGETO, RICCIO aliisque huc collimantibus Scriptoribus ac testimoniis. vid. BEGMANN. *Hist. orb. Ter. P. 1. c. 6. §. 3. p. 183.* Vnicum illudque sufficiens nobis prae ceteris suggeret suppeditabitque P. MATTHIEV *en son histoire du temps et de la paix T. 1. L. 1. nar. 2. p. 44.* his quidem verbis: *Un Tribun fut crucifié à Rome pour avoir demandé, quel étoit le Dieu tutelaire, et protecteur de la ville de Rome?* Cui effato penitus respondent, vti discimus e scriptis CONTARENI ac AMEL. DE LA HOVSSAYE, Consuetudines Italiae Rerumpublicarum, ac ex iis Venetae Reipublicae, Leges proprii status, ne aliis innotescant, populunque moueant excitentque, venditantis pro mysteriis vid. IUSTINIANI *Hist. rerum Venet. ad a. 1575.* FRESCHOT *nouvelle relat. de la Rep. de Ven. P. 2. c. 4. §. Belgium,* sicuti in rebus sanctioribus a vi intellectus a conscientiae maximopere abhorret, fœuitque fouere liberiori indultu, Vaninos, Bodinos, Vallaeos, Spinozas, Aretinos, Brounios, aliosque, vti quidem placuit CHARRONIO *de trib. verit. c. 3. p. 13.* robustos ac fortiores viros, quibus FABRICIVS ac NAVDAEVVS, apologeticis Ius famae, per atheismi notam laesum in integrum restituere mauerunt; vid. P. GARASSE *Somme Theol. L. 1. P. 2. S. 3. pag. 48.* WOLZERLY *the unreasonableness of atheism. p. 155.* BRUYRE *Caractere de ce Sicile T. 2. p. 257;* ita e contrario in iis quae ad statum faciunt, manus ligant, retinentque operas eorum, quibus inimiciorum de potestate veterum Comitum residet notitia. Nouimus pericula, quae sibi adscuerunt cum GROTIVS, tum, FRISIO commemorante, HOVTINVS, ipsis de ver. Batau. Rep. disquisitionibus. Adeo, vt cautius mercari didicerint MERVLA, ZESIYS, SCHOOKIYS, TEMPLAEVS, atque AVBERIYS. Quare sua sponte etiam sese nobis sistit causa, cur ipsi Critici ac Historici GRAEVIYS ac PERIZONIYS historiam vix labris gustauerint, Litteratorumque Belgicorum Respublica, Viris, edecumata Eruditione Romanarum LL. ac antiquitatum conspicuis, etiam nunc enitefcatur. Denique *Heluetia* temporum antiquiorum, quae PLANTINVS, GVILLIMANNVS ac STVMPPIVS descripserunt, vltro obliuiscitur, nec alios optat scriptores, quam qui nouioris aevi Libertati assurgant assentianturque vid. BOSIVS *de comp. prud. n. 45.*

BREWERY *Hist. Eur. ad a. 1663. p. 116.* BONAIRE *Histoire de France p. 389.* RIENCOURT *Histoire de Louis 14. T. 1. p. 344. seq. Th. Eur. T. 7. p. 1005.* Et itaque manet permanebitque status Imperii Germanici, ab omnibus enarratis diuersissimus, sua essentia nunquam mutatus, sed vindicandus ex adytis ac sanctionibus fundamentali-
 bus. Exulant enim in Germania systematica hodieque Leges Monarchi, metamorphoseos perturbationes, incertarum constitutio-
 num Iuriumque ambiguum documenta, caeteraeque ipsius ple-
 bis populique, quae aliis impedimento sunt, iuris dicendi facultates. Vt ergo eo magis omnino, quo audacius peccari solet in di-
 sciplinarum aliarumque rerum publicarum, Legum, consuetudinum-
 que confusione, finium regendorum iudicio opus esse videatur in
 patriis Iuribus ac moribus cognoscendis. Ii felices demum causis
 publicis ventilandis incumbunt admoventque manum, qui histori-
 am cum Iure, cum Legibus obseruantiam coniungunt, ac cum se-
 peratim vix quicquam operentur, vno quasi vinculo connectunt
 conglutinantque. WERLHOF *Iur. G. Eu. c. 1. p. 1086. Not. Imp. L. 1. c. 1. §. 17. 33.* TITIVS *Spec. I. P. L. 2. c. 9. §. 21. p. 243.* SCHIL-
 TERVS *de Nat. et Or. I. P. p. 4. §. 4.* HIP. a LAPIDE *de rat. stat. praef. et P. 1. c. 10. p. 160.* Tot enim supersunt causarum argu-
 menta, quorum pondera CVLPISIVS *de Obs. Imp. Diff. 5. 2. ac*
 FIBIGIVS *Elect. Iur. Publ. R. G. General. diss. 2.* collegerunt, quae
 nullo Iure sancito sunt definita, nullo praesidio, nisi interprete con-
 suetudine, exculta, constitutaque saltem in lucem ἀγχαΦός νόμοις.
 vid. Illustris DN. THOMASIVS, quem veneror Patronum ac Do-
 ctorem, maximo honoris ac deuotionis genere aeternum suspicien-
 dum, *de mor. cont. cum Iure scripto §. 78. 79.* BRUNNEMANNVS
de mutat. AB. §. 13. 27. HERTIVS *Opusc. vol. 1. T. 3. de Lege, Clau-
 sula, ne abrogari possit, munita S. 2. §. 3. 4.* Quare incallum agunt
 ac circa cortices versantur, qui hoc promouendo destituti optimas
 causas infelici SALMASII ac GRASWINKELII opera excutien-
 das aggrediuntur, imo, si aqua, quam ex historiarum fluminibus
 haurire neglexerunt, haerere incipiat, certissima iura ambigua pro-
 nuntiant, mox derelinquunt, ablegantque, charybdim euitaturi, ad
 boni viri arbitrium. vid. PISTORIVS *L. 2. qu. 46. n. 22.* BERLICH
P. 2. concl. 8. n. 14. ZANGER *de Exc. P. 3. c. 10. n. 123.* Parcemus
 hic

hic plurium testimoniorum nominumque aliorumque saltem iudicii committimus, vtrumne RHETIVS *I. I. P. L. 1. T. 1. §. 17.* ac BOECLERVS *Not. I. L. 12. c. 1. p. 215.* optauerint consulto, curatorem Consuetudinum habere rationem ac cultum, cum vix nobis occurrerit iuris aliquod caput, quod nequeat responderi ex Iure obseruantiae Imperialis, a tot seculis, eadem Imperii formula hodieque manente, immutabili ordine retentae. vid. DIETHERVS *Cont. Res. p. 618.* LVDWEL *Diss. ad I. 1. Th. 14.* CORTREIVS *Corp. I. P. T. 1. P. 7. p. 245.*

§. II.

Verum haud difficile est, allegare prae caeteris, rationes ac causas, quae omnes hos ad excludenda monstra, ac partus edendos immaturos promouerint, deduxerintque in deuia ac Labyrinthum. Cum enim filio ariadnaeo destituti, caruerint primo principio ac fundamento Iurium publicorum Illustrium, frustra cum Sypho lapides voluerunt reuolueruntque, ipsi superstruendo aedificio destinatos. Ambigui sunt titubantque inter varia fluctuantium, distractorumque animorum cogitata, et dum ORIGINES ac natales dies caufarum Dominantium nesciunt negliguntque, facillima methodo antiqua cum vetustioribus, vetusta cum recentioribus commiscunt, Iuriumque ipsorum iustissima exercitia ac certitudinem, nec debitis vestigiis indagant, nec mente perspiciunt assequunturque. Sicuti enim generatim in erudendis originibus e temporum vetustate ac cuiuscunque scientiae ac doctrinae historia, princeps firmissimumque omnino doctrinarum cognoscendarum (c) ponitur fulcrum, radix omnis ac virtus; ita sigillatim notitiae Natalium superioritatis, vel vti nos loqui maluimus, (d) *Potentatus* Principum in (e) Imperio S. R. G. tanta inhaeret facultas natiua quasi, ac ipsi coaeva, qua omnes ii
 *dese-

defectus, omnes errores ac doctrinae pestiferæ ipsis fulcimentis corruunt, concidunt, ac ne quidem per somnium eis veniunt in mentem, quos, ea nondum intellecta, Imæ causæ ignorantia in paludes ac nemora flexuosa rapuerat induxeratque ignis instar fatui.

(c) Idque ex rationibus ac causis consultissimis probæque monetæ. Etiam si enim non ignoremus, inutiles ac perfundiorias quasi, multos habere probationes, quæ causas ab origine repetunt, eos inprimis qui colligendis aliorum tantum seriniis, non decidendis tractandisque causis sunt adfueri; in alia tamen omnino ibunt, dicente de COCCII *I. P. Prud. c. 5. S. 2. p. 137.* qui rerum Iuriumque periti, nihil solide sciunt definiri, nisi ratione a natalibus distinctius perspecta, cum Iuris tum facti. Maximi nempe momenti controuersias, arduas inter Doctores disceptatas quaestiones, easque Gordio nodo æmulas dissolues ac respondebis, quas, nisi hac pharetra tela expromseris, dicis causâ per saltum oppugnaueris confutauerisque incassum. Quis enim vnquam curatum in rebus turbatis ordinem seruauerit, habueritque in obscuro perspicuitatis, verique in dissensu rationem, si maluerit vagari extra limites probatos, quam sollicitè ac sedulo descendere ad præcipuum rerum ac causarum fundamentum, earumque viscera intimiora. Tot hodieque fouemus veterum Docentium inconsideratas doctrinas, ex gentilissimi reliquiis, vel papatus ac ipsarum Academiarum institutis in nostra hucusque tempora deriuatas, vel pia fraude retentas, a quarum tricis ac achitophelismis, omnium mediorum euidentissimo negotio quemcunque liberabit, dimittet, restituetque postliminio libertati Iurique suo, ipse negotiorum dogmarumque ortus, ac rationum ipsarum natiuitas. Cognoscimus namque per temporis indagacionem, primordia doctrinarum ac Iurium, causas eorum, ac iusticiam, num veritas probitasque illa excluderint, num lucem viderint aspexerintque obstetricibus astutia, dolo, fraude ac arte. Quæ vt clarius patefcant, ibimus per scientias ac nonnullas doctrinas speciatim. Et vt a familiaribus assertis inirium faciamus, vnicum, quod ex caeterorum agmine succurret exemplum, fit instituto ortus examine, prodromi instar fallitarum quotidianarum dictorumque

ramque fursuris eiusdem. Quid magis hodie inualuit abiitque in consuetudinem, quam vulgaris ac *certi* ratiocinii loco consuetus vsus *problematis* STAPLEPONI, inter prudentiae secularis characteres ac ad decorum propriumque quasi politicorum reponere et referre impietates omnes, scelera quaecunque et vitia? Non ignoramus auctores, qui etiam nunc luxuriante zelo sustinent, audito politici vocabulo, simul indistincte audiri ac indicari synonymon impietatis ac atheismi. Verum nesciunt, quae fata, teste THYANO, in medio seculi decimi sexti, optimo ad illud vsque tempus significatui ac termino, maculas demum adsperserint, quaeque tum in Gallia fuerint eorum principia, officia, consilia ac intentiones, qui *henoticae factioni*, heroico licet animo ac robusto addicti, morum integritati, doctrinarumque veritatibus in Reip. ac *Regnantium detrimentum* to vale dixerint inconsulto ac proterue. v. VOETIVS *Disput. T. 1. p. 190.* AD. a CONTZEN *Polit. L. 2. c. 14.* BOVHOVRS *Entret. d' Ariste, Dial. 4. p. 213.* BAYLE *Diction. Histor. et Crit. T. 1. P. 2. p. 904.* Eodem porro modo scientiis ipsis ac dogmatibus abstergitur fucus ac pigmentum. Concidit in naturali iure consuetum axioma *de primaeva Institutione legali perpetua*, cerussa sua ac colore omni destituitur, si curatius cognoueris, ignorasse Iurisprudentiam tandiu politica asserta, quod Deus statum coniugalem legibus muniuerit, condideritque ipsa institutione, poenalem sanctionem; quamdiu Cleri papalis ac Canonistarum improba arcana, quibus sub fuce causae Sacramentalis, sibi solis, ceu Dei ministris, potestatem iudiciariam circa controuersias huc pertinentes, subdole vindicarunt, in tenebris delituerunt, eorumque autores abstinerunt a perturbatione decretorum naturae, rationis, ac veritatis. Collabitur doctrina Docentium nonnullorum, inconcinne, sinistre ac spuris vbiq; adhibitis interpretationum regulis ad S. Litterarum auctoritatem prouocantium, satis insulsa, *de dictamine Iuris conuati*, ac *praeceptis rationis circa Testamenti factionem*; si repetitis huius natalibus, illis defectus principiorum moralium genuinorum palpabiliter ostenderit, probauerisque ex elementis sensus communis, scaterere hoc dogma Iuris N. maxima irrationabilitate; Legibus Romanorum, ex necessariis causis Reipublicae eorum congruentibus, adeoque merito ac prudenter,

nouissimas mentis testationes, tabulasque bonorum quidem obtinisse; sed tum demum illud assertum, quod Ius Naturae eos beet, qui vitimas voluntates conderent, regiones saniores peragrassent, postquam in Papatu Doctores in pecuniis cumulandis anxii, gentibus populisque persuaserant, hoc pietatis genus, vel potius hunc Clericorum potissimum acquirendi modum, praecipuum remedium esse, innuente Speculo *Suenico*, promouendi salutem caelorum, impetrandique Iura Ciuitatis diuinae, qua cessant exulanteque demum, iis citra dubium admodum inuitis, Testamenta, Legata, Fideicommissa ac donationes quaecunque. *ad. BVRNETI Hist. ref. Angl. P. 1. L. 3. p. 254.* 10. PETR. de FERRARIIS *Prax. aur. Tit. 21. gloss. 8. n. 3.* ANONYMI *Demonstrations solides de la verité de la relig. Protest. contre la pretendue Cathol. t. 2. S. 6. c. 3. §. 12.* Addimus adhuc alia, vt eo citius in oculos incurrant inauditae calumniae, ac insulsa doctrinae, quibus adhuc a 1704. Lucifuga methodum historicam, ac ipsum Ius naturale intrepide traduxit ac polluit. Corruit nimirum, hac medela adhibita, traditio vulgaris *de mortuis secundum ductum Iuris N. omnino non solum sepelendis*, verum etiam de iis, solennibus ritibus terrae mandandis in vrbe, cum in Ecclesiis tum in coemeteriis. *ad. Excell. Dn. GVIL. HIER. BRVCKNERVS, eleg. disp. de sepultura gratis conced. pag. 6. 8.* Quid enim quaeso regerent, si liquido principio demonstraueris dissentientibus, saepius in hac causa rationem cum suo opposito miscitentibus, quod assertum de officiis Iustitiae erga mortuos, siue cadauer respexeris siue animam separatam, quae tamen potius est Iuris reuelati, fuerit prorsus incognitum inauditumque ad natales vsque Platonismi ac eius auctoris, qui more gentilium arbitratus est, animas hominum esse particulas essentiae diuinae, fieri separato corpore daemones, habere curam rerum humanarum, ipsisque sepulchris Iuris diuini ac sancti, tum ob oracula, tum ob Tutelares eorum *inferos*, cultum habendum, nec denegandam esse religionem. Tum, quod gentium vulgo *moratorum* moribus, vt egregie deduxit GOTHOFREDVS *Cod. Theod. P. 3. ad L. 6. de Sep. viol. p. 149.* diu inualuerit combustio defunctorum, eaque abrogata, *sepelicio iura* vrbium limites, sicuti apud Iudaeos, gentiles, ac gentes noui foederis, ita apud omnes populos, prorsus tamen exulauerit,

uerit, fueritque adhuc destituta Iuris N. auxilio. v. *omnino PIR-
HINGIVS Iur. Can. L. 3. Tit. 28. §. 1. assert. 1. ad. LINCK de
Iur. Templ. c. 6. et ad Tit. X. de Consec. Eccl. §. 8. ZIEGLERVS
ad Grot. p. 419. 424.* Et demum, quod sepulturae in Ecclesiis ac
Coemeteriis, certo ipsis denique fraudibus Pontificiorum, non au-
tem Iuris connati, nisi spurii, dictamine, ceperint originem, cum
hi propter sacram famem diuitiarum, Tempa sanctis ac martyribus
deuouerent, Coemeteria benedictione lustrali ad adaugendos redi-
tus aedificiis adiungerent, promouerentque ob *multiplex* interesse,
doctrinam de sepeliendis cadaueribus, honesto quidem non repu-
gnantem, omni cura multis superadditis rituum ac locorum reli-
gioforum glaucomatibus. *vid. CARIOLANVS in summ. Concil.
not. ad Conc. Bracarenf. c. 18. IVSTELLVS ad Cod. Can. Eccles.
uniu. p. 200. HOSPINTIANVS de templis L. 3. c. 1.* Immo, vt fe-
briculosas hodieque communes doctrinas, Deum externo cultu pro-
sequendum esse, Legitimam esse Iuris naturalis, voluntatem coa-
ctam nunquam posse obligare, Libidinis species ac delicta carnis in-
distincte contrariari Legibus naturae, necessitatem Lege carere, in
Tutelae inculpatae moderamine fugae ac armorum rationem haben-
dam esse, nunc ab incunabulis non repetamus; ipsum tamen, quod
mireris, idolum ac nouissime demum extractum aedificium, *de le-
gibus posituius uniuersalibus*, vno ictu destruitur, si primam didice-
ris originem, ac rationem, qua illud in Themidis sacrariis sibi vin-
dicauerit locum. Ancipites ac ambigui circa eas haerent, DAN-
HAVERVS, CVRCELLAEVS, OSIANDRI, SCHERZERVS,
ZIEGLERVS ac KVLPIVS, magno firmate incedunt HOCH-
STETTERVS, GENSKIUS, PALTHENIVS, WEBERVS ac BAYE-
RVS, imo eristicis scriptis, ac armis contrariis pugnant militantque,
qui salutatem subodorati sunt, HIER. BRVCKNERVS ac PFEIF-
ERVS, sed frustra plerumque ac andabatarum more citra causas.
v. Dn. TREVERVS in *Academia Iulia Prof. Clariss. Ann. ad Pass.
p. 69.* Haud enim sollicitius sunt recordari, eo demum tempore,
hanc de Legibus posituius Principes etiam obligantibus assertionem,
efficaciam fuisse suppositamque, quo Theologi ac Iſi, alijs auxilijs ac
remedijs destituti, se torserint retorserintque, explendi varias *ma-
trimonialium* controuerſiarum lacunas, ac decidenda enodandique

quaestiones a LYSERO seu WAHRENBURGIO ac ALETHAEO, BOHLIO, BVCHÖLZIO, CALIXTO, ac ARCVARIO seu BEGERO nexas propositasque. v. *Ill. Dn. THOMASII Obs. Hall. T. 6. O. 27. p. 279. Celeberr. Dn. BVDDIVS Theolog. consummatiss. P. 2. Inst. Mor. Th. C. 1. §. 11. p. 504. Dn. NIC. PRAGEMANNVS, Vir iurium ac doctrinarum consultiss. Specim. de meritis Germ. c. 2. §. 17.* Quoad ipsum Ius diuinum, examini principiorum secundum origines, non minor inest facultas ac virtus. Vnicuique, plurimum, ac methodi instar in ceteris etiam iuribus obseruandae, nobis hic sufficiat exemplum, de *indispensabilibus poenis homicidarum*. Est hoc elementum ac praeiudicium adeo tritum ac commune, vt paucissimos de eo dubitandi subierit cogitatio. Verum inconcussis saluae antitheseos ratiociniis historices vestitus, fidenter asseruerit, comprobaueritque; ignoratum fuisse hoc indispensabilitatis incantamentum, prorsus ante ipsum a protestantibus erectum Legis moralis positivae simulacrum, immo poenam ipsam homicidarum, Lege, saluis tamen principum iuribus, certo demum seculo decimo quinto euasisse capitalem. Est hoc posterius momentum, quo neganti sententiae maxima imminet inferturque collisio; verum cuius nec ii adeo exactam rationem curamque habuerunt, qui cum theologis ac Ictis clarissimis M. CHEMNITIO, IO. GERHARDO, IO. HENNICHIO, HANNEKENIO, ANDR. RIVETO, SELDENO, ZIEGLERO, PVENDORFIO, ZEPPE-
RIS, ZIPFELIO, GRANZIO, ac reliquis, licentiam ac facultatem dispensandi vltimum supplicium homicidarum principibus, relictam, agnouerunt propugnaruntque; Hinc ostendendum est, nesciuisse cum ethnicos tum Iudaeos poenas homicidii capitales magistratui simpliciter iniunctas, et multo magis certe ignorasse eius indispensabilitatem; Mosaicam Legem obstare nullatenus; exulare iure *obligatorio diuino*, expositis secundum rationalem interpretandi normam in contrarium vulgo adductis scripturae dictis, sanctionem in reos noxae huius criminalem; *illustrare ac confirmare* illud diserte iuris, quod determinatas poenas ignorat, naturalis decreta, utpote quibus diuinum ius in praeceptis vniuersalibus ad salutem vsuque huius vitae pertinentibus, nunquam vere repugnat; ecclesiam primitiuam cum stoicorum assertiones: *omnia delicta esse*
aegua-

aequalia; tum speciatim hanc, Romanorum faeuitiam superantem, iurique Draconis aemulam traditionem, de plestendis necessario homicidisque capite, penitus eiurasse; patres ecclesiae ac Episcopum Hipponensium AVGVSTINVM praecipue in hac ideo sententia puriori perstitisse; ipsos Pontificios, licet hi causas eas friuole ac astute e Curis Principum ad forum Spirituale ac Episcopale vocauerint, Cleros homicidas a poenis exemisse; pro homicidis ipsis intercessionem Cleris indulgisse; Seculo quarto asyla, etiamsi ad Cleri interesse vbiq; constituta, hoc corroborasse; omnes gentes multarum genere contentas a sanguine effundendo abhorruisse, Graecos non solum ac Romanos, sed exemplis in qualibet regione praelucentibus, omnes Occidentales, Vicinos populos ac Septentrionales, Danos, Polonos, Suecos, Frisos, Saxones, Holsatos, Baiuuarios, Scotos, ipsosque Germanos, hodieque multos eorum, de poena non criminali aequè ac dispensabili, ne quidem non nihil fouisse ac fouere dubii; vel recessisse saltem a mitiori poena, ob variis temporibus crescentia delicta; Germaniam ab hac labe, Romanorum aeuo, dein Francorum ac Carolidarum se seruasse immunem; adhuc Testibus SIGEBERTO ac WITTECHINDO eandem faciem sub Caesaribus Saxonibus, ac per Secula sequentia retinuisse; Carolum Vtum demum Lege publica capitalem poenam sanciuisse, idque quidem ex variis arcanis, nec Commentatoribus Constitutionis, ZIERIZIO, MANZIO, GOBLERO, ac GILLENHAVSENIO adeo perspectis causis, praecipue ad Episcopi instantiam ac in eius interesse, adaugendi hoc processu quatuor casus criminales, *die Fraischfalle*; nihilominus tamen et postea remansisse Proceribus dispensandi in his capitibus potestatem, vlyterioribus faltem aeuis, propter falsa supposita, acriter disputatam vocatamque in dubia ac arenam, vid. SCHILTERVS *Ex. ad ff. §. 49. S. 114.* SCHIKARD *de iure reg. Hebr. Theor. 14. n. 99. p. 251.* NYMA *oper. T. 1. p. 119.* STENO BIELCKE *Disc. Pol. de iure regio in impunit. del. p. 16.* Cl. BARBEYRACI *Discours sur la permission des Loix p. 18. Leg. salic. T. 14.* Et ita in caeteris, natales doctrinarum faciem praeferrunt adduntque caligini. Euanescit in scholis vulgarissimum de moralibus sub demonstrationem non cadentibus, emendandoque primario intellectu pigmentum, si intellexeris pau-

pauerisque, praeunte Belgico *Historiae religionis* anonymo, non veritatis nuntiam hos exclusisse foetus, verum fraudes, astutiam, vim ac iniurias incantationes, miris fatis ad reformationem vsque referas v. Ill. THOMASIVS *Caut. P. 1. c. 6. §. 25. Hist. I. N. C. 1. §. 24. cap. seqq.* Consultiss. Dn. SCHNEIDERVS *de Emend. anim. c. 3. GIBELLINVS seu GOEBELIVS de Papat. P. II. c. 4. §. 3. 8.* Nec vtiliori opera, methodoque faciliiori, poterunt submoueri tricae iuris pontificii. Quid enim quaeso supererit coloris in tegumentis, quibus vtuntur canonistae ac cleri, ad pallianda incrustandaque assera, *de crimine haereseos, sagarumque viuicomburitis*, si in ipsa primordia nominis, rei, ac significatus genuini haereseos, studio inquisueris, iuerisque probatum, magica fertilitate demum abundasse aeuum antepenultimum. Statim, originam penetralibus non neglectis, animaduertes, quibus ex causis, ad pomacia clericalia spectantibus, in id incubuerint impostores pontificii, vt dogmata, de institutis ecclesiae diuinis, consensu coniugium confluyente, mortalium venaliumque peccatorum, clericorumque item ac laicorum notis characteristicis, graduum laxiori eaque arcana enumeratione, in publicum ederentur, diuulgarenturque. v. *Doctiss. Dn. IAC. THOMASIVS sched. Hist. §. 44. lit. i. Ill. Dn. BOEHMER Diff. I. E. ad Plin. p. 328. HOTTOMANNVS de sponsal. c. 6. KORTHOLT Disqu. 5. antib. P. 4. p. 551. SCHILTER. de lib. Eccl. germ. L. 3. c. 10. §. 9.* Idem dixerimus quoad ius ecclesiasticum, in dispellendis auctorum, magis papisticis immeritorum, praesertim CHR. WEBERI glaucomatibus; consistoria necessaria esse, ab ecclesia dependere, reseruata habere episcopalia sub principis potestatem secularem non cadentia, magnatibus integrum non esse mediatis communicare iura ecclesiastica, vti largiri eis solent temporalia, a sanctiori ecclesiae iudicio ad civile suae supremum, suae subordinatum, non patere recursum, ipsumque principem consistoriis absolute subiectum, praescribere ipsis haud valere limites ac causas determinatas, caeteris. In auras abeunt cuncta, ficescunt, dispellunturque, si respexerimus ecclesiasticorum iudiciorum originis ac factorum causas, a seculi tertii decursu, vsque ad duodecimum. v. LVCA in *Theatr. verit. et iustit. T. 7. relat. lur. disc. 6. n. 2.* THOMASSINVS, *Vir laudatissimus, de res. et nou. eccl. discipl. P. 1.*

L. 2. C. 8. §. 2. *seq.* LEVRENIUS *de Vicar. Episc. qu.* 96. 97. WIESTNER *inst. l. can. l. 1. T. 28. de offic. vic. n.* 40. 41. Transimus ad *ciuilia* instituta ac *forensia*; eademque, cuius legislatores ipsi saepius L. 1. 2. ff. *de fideiuss.* meminerunt, indagazione, hypotheseis de *extensua propriaque* verborum hermeneutica; de excusatione fatuae causae a dolo, profus contundimus, destituimusque facili negotio ea fuco, quae de processus inquisitorii natura ac essentia hucusque in panegyricis perorarunt fidenter, improbarum obsteriticum manuum operarumque inficii. v. MARANTA *Spec. aur. P. 6. n.* 48. 206 BASNAGE *Hist. Ec. L. 24. c. 9. p.* 1429. ANTMATTHAEI, GRAEVII epitomator, *de Crim. c.* 5. Nec diutius, si historiam feudorum consuluerimus natalitiam, suis stabuntalis imaginariis, pestilentissimi errores, quos hodieque ei, qui notitia rerum Germanicarum destituuntur, mirifice recoquunt, ac fouent, distinctissima feuda imperii, prouincialia ac Longobardica confundunt, beneficiatis proram puppimque in Germania indulgent, heredes in feudis non naturales sed testamentarios intelligunt, praesumuntque in oris Teutonicis pro feudis propriis ac masculinis v. *Illustr. a* LVDEWIG *Op. misc. T. 1. Lib. 2. p.* 824. HERTIVS *Comm. Vol. 1. p.* 493. §. 5. *seq.* DN. CASP. ACH. BECKIVS *Ictus excellentissimus, Exerc. de feud. transmiss. foemin. §.* 21. *seqq.* Et quidni denique huius processus virtute, maxime ardua controuerfia iuris publici, defenderemus a suis originibus, vel confutaremus ex aduerso? Recorderis velim praetensionum nobilium immediatorum ac ciuitatum imperialium, ac praecipue earum communium doctrinarum, quae statuum auctoritatem minuunt, praescinduntque illorum originaria iura: Non obliuiscaris hic primarium causarum, ac natalium examinis, et tum eas omnes, ipsis primordiis collabi animadaertes, ac sabtrea conftreberis, idoneis his rationibus illas dispelli instar palearum. Tanto enim maiorem iuris prudentiae publicae doctrina nanciscitur lucraturque certitudinem ac lucem, quo arctiori cum historia vinculo quasi fororio, ea omnino debet coniungi, ac ad experientiae amussin, ceu lapidem lydiuum, cum legibus omnibus ac praeceptis constanter explorari. Docuit iam hanc veritatem Cl. CONRINGIVS *in eleg. Epist. 7.* munivit eam SPENERVS *de auxil. Iur. in Hist. b. 3.* omniumque optime

me stabiluit deduxitque BALDVINVS, opusculo, *de Iurisprudentiæ cum Hist. coniunctione*, volumini primo, penus artis historicae inserto. Taceo viros et Istorum et theologorum, diuersæ etiam religionis, celebres, qui olim hac via ambularunt, etiamnunc cum primis ingrediuntur hoc iter. Id mirum, plerosque I. P. doctores in frontispicio scriptorum, serio pronocasse ad CORASII doctrinam nobis fauentem, quam confessus est *ad L. fil. ff. Fam. excise. n. ac gloss. L. 2. ff. de reb. cred.* et nihilominus tamen vltra deriuationes verborum ac significatum eorum, operas haud extendisse, nec expleuisse ideo fidem tumide datam v. GRYPHIANDER *de Weichbild. proc. n. 69.* SCHRADER *de Feud. P. 10. S. 17. n. 48.* Legem fidenter alii dicunt cum GARPZOVIO *ad L. Reg. L. 13. S. 20. c. 6.* quod ad primum punctum iurium cultores deceat omnino ascendere, verum ipsi fas censent, non repetita origine aggredi materiam, vera pro falsis obrudere, rerumque naturam ex visceribus principiorum nullatenus definire ac diiudicare ab ouis ad mala vsque perfecte. v. *Magnificus ac Illustr. Dn. PRAESES de lure circa conc. sum. c. 1. §. 1.* Quodsi enim forte, ex superstitione potius quam virtute, satisfacturi decretis *Legis 16. ff. de neg. gest. ac L. 3. §. 10. C. de VIE*, reuerentiam habuerint antiquitati, in eo verti autumarunt credideruntque negotii totius cardinem, vt aliorum formulas confessionum cum legibus Romanorum vetustis cumularent, perturbarentque doctrinâs publicas selectiores, grillis ac antiquitatibus exoticis, facientibus *ὁ θεὸς πρὸς ἑαυτὸν*, v. *MAGER de aduoc. arm. c. 5. n. 1. 2.* HERING *de fideiuss. c. 10. n. 37.* SVRD *de alim. Tit. 7. qu. 34. n. 7.* ac FREVNDENBERG *de rescript. mor. concl. 1. n. 2. seq. concl. 52. n. 46.*

(d) Ex hac potissimum causa, quia omnium optime haec vox citra dubia praesupposita ac postulata vteriora, quae falsum ac re longe inferiorem plerumque ingerunt conceptum, summam cogendi ac volendi vim superiorum imperantium exprimit, exhaurit, inuoluitque. Licet enim VOSSIVS *de vit. serm. p. 573.* illud ipsum vocabulum Latio exterminandum esse sibi persuaserit, satis tamen OL. BORRICHIVS ad eundem locum vindicem se praestitit, liberavitque illud ab omni nota. Reddunt Graeci suo id idiomate, perinde

perinde ac Itali, per vocem *τῆς ἀρχῆς*, imperii; Qua scite etiam vsus est *græcus interpret* IVLII CAESARIS *de Bell. Gall. L. 1. c. 31. ad. LIVIVS L. 29. c. 38.* Et frequenter admodum, sensu, Germanico systemati conformi, illius mentionem iniiciunt scriptores iurium publicorum, imperiique recessus. Exulat enim omnino in iis significatus generalior eiusdem, laxiorque et relatus, quem auctores, quisquiliarum mancipēs, ex ARNOBIO *L. 1. adu. Gent. p. 31.* et quod dictu pene nefas est, ex *L. 1. C. de gener. abol. L. 54. pr. vers. fin. a. C. de Ep. ac Cler. L. 63. ff. de R. N. L. 5. C. de Testib.* hic quoque repetere assident inepta ac detestanda philosophia. Nihil recedunt hi ab intemperantia eorum, qui singulari amore capti, ex *L. ult. C. de his qu. vi met. potentiae ac potestatis vocabulum*, sed vili ac privato sensu, substituere malunt, vel etiam Magistratus, imo *δυναστείας* vocem maximopere vrgent, et nescio, qua notione plebeia, ac vulgum sapiente insurgunt, glorianturque ac nunc tetigisse causam; vid. TITIVS *de arte cogit. cap. 14. §. 13.* FVRSTENERIO allubuit vti vocabulo *suprematus*, in peculiari libello, quo optimas causas principum, sublestae fidei vetustate male sapienter defendit, principumque iura paria esse voluit iuribus electorum. Quamuis postea, aliter sentiendi scribendique causas se habere dixerit, ex quo tempore Brunsvicensis dux adscriptus est ordini nouem virorum Imperii. Libera manent in republica litteraria suffragia, diuersi sumus in gustu, faciles in nominibus, modo ex eorum interpretatione ac nociua applicatione, argumentis excellentioribus nullus accedat squalor, nullumque detrimentum.

(e) Non opus hic est, vt veteres ac communes circa denominationem sacri imperii innumeras disceptationes, e tenebris in lucem pronocemus. Nobis arrisit, illud vocabulum retinere potius, quam crepare. *Sanctum* enim nostro sensu perinde est ac *inviolabile, curiale* stilo praeterea non destitutum. Eo formulam ac terminum praescriptum habemus, grammatico sensu non commiscendum. Ergo probare haud possumus, cultum religionis superstiosum eorum, qui Papam sanctum vocare, vel etiam in publicis cathedris defunctos nonnullos, nequidem sensu praescripto beatos praedicare nolunt. vid. KESLER *Caf. Consc. c. 39.* ZAHN *de mendac.*

dac. L. 1. c. 14. n. ult. DVNTE Cas. Consc. c. 22. S. 1. qu. 28. H. ab AMMERSBACH ap. BRUNNEMANNVM, I. E. L. 1. c. 6. m. 1. n. 23. Cum tamen eos sermo ille non magis afficiat, quam notarium, iuramentum ab eo praelectum. Vt alia circa hanc controuersiam nominalem, nouissima monita, nunc non repetamus ac ampliemus. Potior ratio fuisset, quae nos chimericae continuationis monarchiae Romanae memores, ad adhibendum solum vocabulum Germanici imperii, potuisset concitare. Imprimis cum causae, quam tractamus, fundamentum ac essentia hodieque sint iura Germaniae statuum, non Latii. Verum, nec hic recessimus a communi loquendi vsu, idque consulto. Nullum enim exinde publicis principiis, imperiique rebus imminet periculum ac damnum. Adhibent vocem ipsi legislatores ac autores constitutionum pactorumque fundamentalium, quidni tolerarent priuati in scholis ac cathedris? Eiurauit curia imperialis ipsum verbi significatum, quem stante dominio Romano habuerat, absolutum in Germania; nihilominus tamen altero respectu in Romae ditiones, Italiaeque ambitus, caesari hodieque est, manebitque potestas, ac imperium Romanum. Quae omnia monuimus hic in transcurso, cum hodieque sint, qui circa inanes licet vocum tricas versantes, auerni superos mouent, coniurantque quasi spiritus in odium eorum, qui his terminis, quorum vim ac potestatem legitime intelligunt, dicam scribere, et tibia eorum sonante, saltare noluerunt. Sunt certe ei inutilliores ciues ac promotores veritatum reipublicae, quam qui in tradendis ipsis doctrinis saltem superstitioni nimis aliquando indulgent, fauent, tribuuntque. Etiam si et hi potius a limitibus Germaniae ac curiarum arceri ac abigi mereantur, quam inuitari ad fruendum immunitatibus ac securitate. ad Cl. BAYLE T. 4. des *responses aux questions d'un Prouincial c. 17. seqq.*

§. III.

Quod si autem ideo quis scrutari velit, qua iniuria, quoque impedimento argumentum hoc illustre superioritatis territorialis, cum facultatibus suis diutius inculcum delitue-

delituerit, fueritque sterile solum? cum generales tum specialiores causae, quas indagasse non poterit non praefare, arguent, indicabuntque eius neglectum. (f) His enim perspectis, facile ad cognoscendum est, quid seduxerit ICros, quod ad hunc sacrum fontem aditum nullatenus panderint parauerintque; multoque minus ex eius prima scaturigine, quae tot iurium ubique exsplendentium ac sublimium fluxu ac refluxu per campos territoriorum sese diffundit, limpidas principiorum veritates bibere atque haurire fuerint solliciti. Fluctuant, quotquot etiam causam tetigerint, fere omnes, clausis nunc oculis andabatae militant, ipsum argumentum frustranei laboris, obscuritatisque desperatae historicae incusant, adeoque plerumque venditant accipiuntque nubem pro Iunone. (g) Hi, qui prae his putant sibi debere praecipuum aliquod, ac palmam, incertitudinis regimento in hoc momento vtuntur, iura exponunt, sed non causas eorum ac natales, vel, si originis ac decretorii temporis determinationem fortassis summo digito aggreantur indicare, in breuia certe ac scopulos pestilentiores incidunt, a viis, quas sternunt aevi medii documenta, infinitis parasangis deflectunt, ruuntque potius generali ac confusissimo conceptu in perniciem ac in deterius. (b)

(f) Sunt hae ita comparatae, vt ipsis etiam vulgaribus de generis publici iuris sero exorta, rationibus, intimiores valeant adferre, affundereque lumen paulo clarius. Principio accusare liceat scriptorum oscitantiam in rebus in publicam salutem redundantibus, praecipue in vetustis ac primis temporibus monachorum *quoad causas reipublicae seculari commodas* ignauiam supinam. Hi enim cum ex pyxide Pandoraee potius, quam e synagoga discipulorum tran-

D 2

fierint

fierint in mundum, inutilitate se totos plerumque consecrarunt, manciparuntque animos ac vitam otis ac libidini. Torpescabant ignauia, sibi ac rebus ad priuatum interesse facientibus omni cura prospiciebant, caeterarum curam habebant nullam, vel certe perfunctoriam. vid. TRITHEMI *Chron. Hirsaug. p. 255. 294.* FR. SYLVII *Addit. ad Caranz. sum. Concil. p. 504. 9.* LVITPRANDI *Histor. L. 6. c. 10.* SCIP. GENTILIS *de Error. Testat. c. 4.* STRAVCHII *Amoenit. Iur. Can. ecl. 2. c. 13.* Et quamuis satis superque crassam decantatamque inscitiam ac ignorantiam proderent comprobarentque quotidie, ipsi tamen soli tum temporis Litteratorum encomio poterant superbire, non secus ac se ipsos venditare pro viuis habitaculis litterarum, etiamsi hae inter res mortuas squalerent, vel certe cum vermibus dimicarent decurrerentque campos. Quodsi enim consecerint condiderintque historiarum annales, ac diaria actorum, saepius tamen vix vltra casus domesticos, quasi ab eis cardo negotii penderet, operas conduxerunt, eaque saltem sedulo, interpositis terque quaterque beatorum auctorum laudibus, repetierunt, ac vt credulos ad plus dandum inuitarent, sub praemio salutis adnotarunt, quibus monasteriorum facultatibus, Ministrorum suppellectili ac opiparis penariis, sanctorumque auctoritati, nouum accessit pondus aliquod ac augmentum. Vt adeo inter serobes raro lateant grana vtilioris notae, ac inter monachos, ei coaequales scriptores maxime mereantur adseruari, qui exactiorem mutationis Carolinae, recuperatorum iurium, illustriumque causarum territorialium, ac momentorum publicorum, quae ex iis in historia originalium iurium cuiuscunque archiprincipis docebimus §. 10. u. *sqq.*, rationem habuerunt, curamque sollicitiorem. Neque tamen hi collocauerunt studia ac operas in *defendendis* imperii procerum iuribus, nec hoc momentum poruit ab eis expectari, vt pote cum finem sibi in describendis solum factis historiarum proposuerint, fuerintque saltem intenti occupatique in gestis, inter caesares ac principes, enarrandis, citra pragmaticam considerationem. Hanc vero ICTI ac historici nouioris aetatis debuissent sibi habere cordi, eo debuissent anniti, vt nunc facta in Archontum emolumenta applicarent, eruerentque ex iis iurium eorum veritates

tes ac principia. Verum haec non ad eos, ideoque id multo damno, vt iam ad potius progrediamur, in imperio poenas negligentiae luente, sequentibus acuis ad sec. 16. vsque peractum est, quo priuati ab examine supremæ *Principum* potestatis prorsus manerent remoti alienique, ne ea demum exposita, in genuinas ac certas iuris publici, quod ei inhaeret, doctrinas penetrarent, detegerentque firmissimos imperii iuriumque nexus. Haec plenius dispalescunt ex turbato systematis Germanici statu, variis procellis diuersimode exposito. Iam enim, vti vel ex solis Henricorum, Fridericorum ac Lud. Bauari placitis copiose confirmatur, imperatoribus herban porrexerunt magnates, iam hi tenuerunt palmam, scriptores saepius in vtriusque, nunc nullius, nunc praeualentis partes, ancipites ac deterriti inclinarunt, ac, quod plerumque factum, dominantium arbitriis inseruierunt cesseruntque auræ ac temporibus. Haec omnia ex voto pontificum, qui de iis in sinu sunt gauisi, simulque arbitrati, ex diuersis vnus corporis membris vnum chaos conficere, variaque dissidentium consilia subiicere suis, si diuis placet, christianis conclusis. Quae cogitata nec diu destituta fuerunt ipso factorum complimento. Tantum enim abest, vt, sicuti simulatierant, regnantium iura a collisione liberauerint, vt potius in ipsos Imperatores tyrannide, poenis ac fulmine ex arce Trapeia detonauerint, laborauerintque in caesares ac principes dominatum exercere vid. GREG. HEIMBVURGI *admonit. de iniust. vsurp. Pap. ad Imp. ac Princ. Christ. ap. GOLDAST Mon. Imp. T. 1. n. 16.* KRIEGMANN *de attrit. per Pont. Imper. c. 2. §. 4.* Nec his temporibus inquisuerunt Icti penitus in iura originaria potentatus, sed sacrum iugum aususque petrinus animos eorum oppresserunt, nouisque praeterea institutis Caesares conati fuerunt, ab his studiis eos omnino arcere. vid. 10. WOLF *Leff. memor. cent. 14. p. 618. 20.* Enitet quippe abunde ex SCHARDII *Ictionis imperialis*, clarissimique v. der HARD *Historiae Concilii Constant.* huc facientibus multis numeris, compulisse quidem necessitatem plerosque veteres autores ac minoritas, WALTRAMIVM praesertim OCKAMVM, PATAVINVM, THADDEVVM, CVGNERIVM, CHACHEMIVM, IOANNEM DE PARISIIS,

aliosque, iura imperatorum contra Italicas puta deprauationes, diligentius perpendere ac tueri; sed sua veritatis luce nec hoc delictum esse patebit, primaria in Germania statuum iura, ex temporum institutis sepulta non solum mansisse, verum adhuc densiori tenebrarum caligine obfucata fuisse atque obducta, idque nimirum exstructis ipsis in Germania scholis. Quodsi enim et communiore, perpetuoque CONRINGII, FLEVRII, LAVNOII ac ipsius BYLAEI *Hist. Acad. Par. T. 6. p. 162.* calculis haud quaquam careat, scholas siue canonicae fuerint, seu monasticae ac ciuitatum, ad *sec. 14.* vsque occupatas saltem in instruendis rudibus in literis ac artibus, hoc ipso demum tempore in academias transformatas fuisse atque transfusas; non perfunctorie ac dicis causa ad stateram examinanda erunt temporum variorum conamina, quibus hoc seruo fuit quaesitum, vt exoricis iuribus in Germania docendis, animi docentium occuparentur circumuallarenturque. Non enim adeo ex accidenti, sed consulto satis tegumento, vt sumptibus parcerent Germani ad Italorum scholas Bononiam Paduamque se conferentes, opera in eo fuit collocata, vt cum Viennae, tum Pragae, ad euehendam caesaream auctoritatem, facilitandumque consilii progressum, Academiae exstruerentur munirenturque legibus Longobardicis instar murorum. vid. MIDDENDORP *de Acad. L. 5. p. 299.* LAMBECIVS *Bibl. Vind. L. 1. p. 17.* *Eruditissimus* PASCHASIVS *dans les recherches de la France L. vlt. n. 1.* Quid namque quaeso vtilitatis aliud a Pragensi doctore BARTOLO poterimus expectare, quam quod largissimo e fontibus Romanis potu quondam hauserat, scripseratque vel ipse in aureae bullae sanctione, vel dicitasse eam intellexerat? Electorum iura territorialia venditauit pro beneficiis, principum ad caesarum electiones alias concurrentium, potestatem eo maiori fiducia restrinxit, Iuriumque primordiorum vel ideo non habuit cogitationem, cum haec e diametro contrariabantur ipsius fidei formulis doctrinarumque postulatis. vid. ALBSTADENSIS *ad a. 1240. Spec. Sueu. L. 3. T. 57.* WIPPO *Vit. Conr. Sal. p. 424.* Et haec instituta iusto citius nacta sunt progressus abundantes, noxiosque suos simul effectus in vulgus sparserunt, dilataueruntque. Etenim loquuntur vbique obuia documenta ac

testimo-

testimonia, plurimis nunc locis eodem adhuc ac sequentibus seculis, plures scholas cepisse primordia, prospera minus quam incommoda. Tantum enim abest, ut iam ex patriis institutis Icti suprema iura in lucem assererent, afferrentque nunc magis emolumenti principibus, ut potius non solum omni studio ad Fridericum Vtum vsque imperatorum consiliis, quibus scholas peregrinis ac imperialibus, vti audiunt Luneburgensi priuilegio, doctrinis superioritatis nesciis alligauerant, suos ausus adderent, omne calcar suppeditarent, persuaderentque ipsis principibus, eis neglectis, territoria ac regiones continua iniustitia corrumpi ac diuexari vid. SAGITTARII *Hist. Ciu. Lun. 1471. §. 90.* ANDLO *de Imp. Rom. Germ. L. 1. c. 10. 11. 12. p. 35.* Et licet imperii magnates iurium tenaciores, non vna vice ab his portentis abhorruerint, perspexerintque sedulo ardua, ex iure Romano in superioritatis territoriorum articulo, detrimenta; vid. *Ref. Mog. an. 1441. ap. MULLERVM Theatr. Comit. p. 58. declar. 2. 3. art. 5. 7.* BESOLD *de praem. poen. et LL. c. 8. n. 4. §. 5.* GOLDAST *Constit. Imper. p. 166. 167. 171. art. 5.* LIMNAEVS *I. P. L. 4. c. 8. n. 18. L. 8. c. 4. n. 11.* FELTMANNVS *ad L. 2. §. 13. ff. de O. I. n. 5.* euanescentibus tamen vindictis ac protestationibus aequissimis, diutius posthaec cohiberi nequiuit Zelus iustinianeus, quin publico camerali iudicio, auctore Maximiliano, qui Iustinianum antecessorem suum dixit, illico prorumperet, moueretque pederentim Germaniae status, fora ac scholas, quas ipse caesar iam lege sanciuerat exstruere, iurium exterorum vsui plenissime aperire vid. BOECLERVS *Reb. Sec. XVI. p. 188.* DATT *de P. P. L. 4. c. 1. p. 712. Dn. VNFERFAHRT Diatrib. de I. S. R. Diff. 1. §. 12. O. C. P. Tit. 3. §. 2.* Frustra enim sunt ii, qui dum caeco impetu maiores exscribunt, solennitatem vsumque distinctum in curiis ac foris Germaniae iam vetustioribus seculis legibus graecis atque latinis attribuunt, confunduntque diserte vsum dogmaticum atque publicum, receptionem codicis Theodosiani ac iurium vniuersim. Id enim tenendum, inutiles esse eorum labores, qui auctoritatem *iurium ciuiliu* expositura, in vniuersa Germania vnum idemque receptionis in tot prouinciis tempus indicare satagunt, cum in aprico positum sit, eos saltem hac opera hocque officio

officio rite defungi, qui omnes regiones sigillatim in hac causa percontantur, separantque inde exactius domestica ac adscititia. Quod ut in argumenti nostri saluandam integritatem clarius exsplendescat, ex duabus prouinciis repetituri sumus saltem auxilia ac fulcra. De *Saxonia* nimirum, num electorali? dubito cum Cl. GRIBNERO; commemorat HVTTENVS doctissimus eques in libello, quem nemo inscripsit, ignorasse eam adhuc post seculum decimum quintum, orientalis caesaris pandectas, insimulque laudat Balthici maris adcolas quod incunctanter ius dicant perorentque, non consultiis leguleiis, sed suo ab antiquis more ac patriae consuetudine. Eo etiam sub sydere contemplamur *Megapolin*, nesciam diutius iuris Romani, domesticorumque praeceptorum tenacissimam vid. HERM. HOFFMANNVS *Lycurg. Germ. C. 4. n. 11.* FARTHENIVS *Litig. Lib. 1. c. 1. n. 20. p. 12. c. 11. n. 16. 17. L. 2. c. 5. n. 41.* Prima verum incunabula ac fundamenta iurium peregrinorum in Germania, omnino in instituto iam dicto caesareo. Fuisset hoc quidem felix Germaniae sydus, si legitarum operae ac conatus eo subsistissent, quo augustissimorum Imperatorum auctoritatem contra insultus pontificum ac decretitarum, bruta fulmina vibrantium, defenderent; Felix, si priuatorum actionibus diiudicandis solum inferuissent placita Romanorum, utpote haud vniuersum, sed citra metamorphosin consuetudinum Teutonicarum, in quantum accommodari possint moribus Germanorum, recepta; vid. PVFFENDORF *Fec. Eur. p. 843.* Exc. ac *Litteratissimus Dn. B. G. STRVVIVS ad DESSELLII Erot. Iur. Can. praef. GRAVINA de O. I. C. pr. DVCK de vs. et aut. I. C. L. 1. c. 9. §. 5. 6.* ADAM. KELLERVS *L. 1. de offic. Iur. Pol. C. 27.* Ast nunc infaustum prorsus est, ac princeps ei malorum conceditur causa, cum in nullorum magis, quam in ipsorum imperii principum praecudicium tenderit redundaueritque id institutum. ad. ALBERICVS MONACHVS *Chron. a. 1234.* SCHILTERVS *T. 2. Inst. Iur. P. Tit. 16. §. 5. p. 118.* LEHMANNVS *Chron. Spir. L. 4. c. 21. p. 337.* CONRING *de orig. I. G. c. 33. p. 206.* Iudicabant iam priuati illustrium causas, non comitia; imperii consuetudinibus, patriisque obseruantis antiquioris auctoritatis, legibus Quiritum vim inferebant, et quod sponte sua fluit,

prin-

principibus originaria iura nulla esse, sed caesarum beneficiis imperita, arbitrabantur somniantes. v. SCHIKFVS *de Feud. Siles. cap. 7. §. III.* PAVRMEISTERVS *de Iurisd. c. 1. n. 10.* CASP. SCHMIDIVS, Boioariae Cancellarius, *ad Ius Boic. Tit. 21. a. 1.* MAVRITIVS *in praef. ad consil. Kilon. p. 57. 58.* Retinebat enim nunc eos, Teutonica Themide admodum inuita, a potentatus doctrina idolum ac portentum transalpinum, a iurium indagazione Ictum arcebat, obligabatque potius, ea, quae ex fonte superioritatis in principes dimanant, caesareis reseruatīs post admissum ius Iustinianeuum mire adauctis, confirmatisque non raro ipsis postea legibus, satis fidenter addicere ac vindicare v. *L. 2. 3. C. de prec. Imp. off. R. 1. a. 1548. Tit. 22. §. und. nachdem. Ref. Pol. Franc. an. 1577. T. 23. §. Wann auch solche.* Hanc proximam, neglecti nostri articuli causam, vt penitus intelligamus, opus est, per aliquot hic ire capita ac argumenta. Principio, frustra et a nonnullis adhuc post P. W. in principum regionibus expectabis, *Ius circa leges condendas.* Hoc enim per *L. 8. C. de LL. L. 2. C. de V. L. E.* ab illis vindicandum fuit solis Augustis, adeo, vt his praesentibus in statuum territoris, omne iudicium, etiamsi e diametro huic postulato contrarientur ordinationes, capitulationes ac recessus, debuerit quiescere ac habere interstitium, idque vi et argumento *Legis 58. ff. de Iudic. v. MÛNSINGER 6. Obseru. 99. CLVTEN Syll. rerum quotid. p. 40.* Vane porro expectabis ius dandi aetatis veniam per tot. *Tit. C. de his qui ven. act.* Ius aggratiandi per *L. 4. ff. de poen. Ius circa adspora,* dum id nec sibi tribuit Iustinianus, *Ius ferias indicendi per a. L. 4. C. de fer.* Ius legitimandi per *L. 3. ff. de nat. rest.* Ius condendi ciuitates, *L. 1. C. de metrop. Beryt.* Ius repressaliarum, per *L. 14. C. d. Iud. L. vn. C. ne quis in sua causa,* Ius belli per *L. 3. ff. ad L. Iul. Mai. L. vn. C. vt vsus arm.* Ius dandi moratoria. *L. 8. C. de prec. Imp. off.* Ius restituendi famam, *L. 7. 10. C. de sent. poss. et rest.* et denique Ius propria auctoritate erigendi constituendique academias per *L. 11. C. de Prof. et Med. L. vn. C. de Prof.* Hoc enim non nisi ab imperatore concessio, contigit omnino, vt quo vetustiores sint academiae, eo maior iurium Romanorum sit autoritas, tenuior

E

que

que contra iuris publici *Germanici* docendi vsus ac facultas. Huius veritatis nos admonet notabile essatum Rudolphi Maximiliani Saxoniae ducis apud LANSIVM *Consult. de Principatu inter Prou. Eur. p. 313.* quo innuit diserte, in caesaris gratiam vtilitatemque doctores amplissimos honores nancisci, eumque solum academiae patrem existere. Superfedemus per plures ire territorialium iurium partes, etiamsi alias facili negotio posset ostendi, vix vllum remansisse effectum Iuris supremi principibus, quem non subuertierint aut imminuerint alienae leges. vid. WIQUEFORT *dans les fonctions des ambass. L. 1. p. 90. ibique not. vers. L'ignorance-monarchie.* Iustissimae de hoc damno, LIPSIO sunt cogitationes *L. 3. Ep. 78.* nec minus consultissima vota HIPPOLITO a LAPIDE *praef. §. 21. p. 5.* Quibus ea nos iuuabit adhaerere, quae edisserit *Consult. Dn. GRIBNERVS,* qui peculiare de ipso argumento opusculum, necdum euulgatum, promisit, *diff. de Iure incerto ex LL. dubia autor. §. 14.* Quod, inquit, in controuersis illustribus, quae inter ipsos aut ipsis cum Rege intercedunt, locum reliquerint *Iuri Rom. Principes,* quod in suis prouinciis id receperint, ac iura territorialia ex principiis praetensis Rom. aestimare permiserint, id utrumque vix dici potest, quam noxium ipsis fuerit ac insaufum. Vides ad minimum, hoc tempore expilatas ac desertas quasi fuisse potentatus facultates, speciali ac genuino studio Istorum destitutas. Nec sequenti aevo coelum serenius atque limpidius! Nam in eodem periculosissimo luto, et hoc seculo lecti haeserunt delitueruntque, cum decisa eorum atque doctrinae vbique testentur abunde, maluisse eos cum NIC. VIGELIO *method. Iur. Ciu. pag. 21.* Carolo quinto ac imperatoribus, vt saluus eorum sit dominatus, leges Graeciae Latiiue instar Talmudi commendare, quam meditari apologeticum atque repurgium iurium procerum coimperantium consuetudinumque laesarum. vid. *R. I. Francof. a. 1234. 3. Id. Febr. §. 15. Ord. Cam. Wormat. a. 1495. §. 26. a. 1521. §. 30.* Tantum ergo abest, vt luce reformationis exorta, causis principum accesserit splendor, vt potius, perinde vti ipsa sacra, vix a crassiori fermento repurgatae fuerint, remanserintque adeo obductae nubibus ac squalidis iurisconsultorum commentis; vt nihil ferme haberent

berent respublica quidem ac curia, de quo exultarent, cantarentque iubila. Tantus enim stupor tum cinxerat animos dubiis ubique distractos docentium, vt, cum animaduertissent caesares impetu ac vi lacessere imperii status, ipsi propositis quaestionibus respondendis haud suffecerint, sed consuluerint implorauerintque cum LVTHERI inconsulto et inconcinne nimis *illustrium quaestiones* respondendis auxilia, tum aliorum theologorum sapientiam vitra crepidam, rerum gnaris plerumque fastidiosam; *num integrum sit ac conscientiae congruum armis contra caesarem experiri, num diuinae prouidentiae nutu quiescere?* ad. II. THOMASIVS ad GROTII *vers. Germ. praef. CARPZOV Prax. crim. qu. 150.* Sed paulo felicior seculo decimo septimo potentatus forma ac facies. Iam enim non solum aetatis fertilitas viros, quos sequenti litt. g. nominabimus, tulit, qui ex deuiis ad veram tramitem transire, fractaque glacie incertitudini superioritatis iurium medelam adferre alaborarunt; verum et tales progeniuit, qui ipsi studio publici iuris operam nauarunt, consumpseruntque in illo oleum. Mirae tamen apud vtrosque philosophiae flosculi remanserunt, olentes reliquias temporum antiquiorum. Exulabant adhuc principia historices, filio admodum leui nedum pleno a VORBURGERO ac DIETERICO pertextae; minabantur vbique cameralistae, maiori quam nunc postulato per decisiones lus facere contententes; ipsi ex latio alatum simulacrum adorabantur, destituebanturque in plerisque academiis vel plane iuris publici professione, vel ita ea defungebantur, vt principes eos officio priuare maluerint, quam ad decidendas controuersias illustres sollicitare. Edocent nos haec cum Dresdenensis consistorii responsum a. 1630. ipsi Saxoniae electori oblatum, tum etiam causa, quam in conuentu imperii deputatorum sub Ferd. III. ISAACVS VOLMARIVS edixit proposuitque. Et haec ipsa eo dignior notatu est, quo pestilentius eius fuit argumentum ac postulatum, iurium territorialium ac publicorum doctrinam stilo decretorio Idis interdicere. Inde pendet causa, cur duumiri HYPOLITVS ac MONZAMBANO sub *status ratione*, quae consiliorum magis pondera, quam iuris momenta aestimare videbatur, veritates publicae iurisprudentiae iusta fraude curiarum

administris maluerint proponere ac instillare. Nec mirum, quod plurimi, qui hanc doctrinae potentatus spartam occuparunt, ruerint adhuc in praecipitia, confugerintque dum articulus originis superioritatis iuriumque territorialium explicandus fuit, ad decantatam sed *male ab interpretibus detortam* L. 5. C. de diuers. rescript. Quae temporis superstitione ac hermeneutica ignoscenda facile iis, quibus, purioribus doctrinis vix libris gliscere incipientibus, tutius visum fuit, inueteratos errores recoquere ac chorda Itolorum, maiorum more oberrare. Nostrum aeuum, quod pro iuribus principum vigilat, nullas nescit veritates, nisi Germanici imperii idiomati ac legibus respondeant, perpetua obliuione tegit tradita romanizantium, nec attendit, dolet magis prudentiam, si quae est, eorum, quorum scriptis tritissima L. 3. C. de Crim. Sacril. etiam nunc in hoc argumento infarcta.

(g) Verum omnino suo tempore scripsit BODINVS *Reip. L. 2. c. 6.* se neminem vidisse, qui testetur de translato in Principes Iure Territorii curate atque sollicite. Multos nimirum, recentiores imprimis possemus hic nominare, qui licet virtutis ac roboris potentatus non inficii, hoc tamen articulo in biuio maluerunt versari, quam sese dimittere ad aevi medii monumenta vetustatemque historiaram. Quamuis enim haec sua luce sat gaudeat, iis tamen opinantibus, certat contenditque cum tenebris cimbricis. Ad tutum receptaculum L. 28. ff. de prob. confugiunt, ac ignorantiam et incertitudinem originibus plerumque dominari, sibi persuaderi patiuntur per WESENBECIUM *Parat. de LL. n. 9.* REINKING *de reg. Sec. L. 1. cl. 4. c. 3. n. 7. cl. 5. c. 1. 3.* Facilior ideo quibusdam arridet methodus, originis loco indeterminatum tempus supponere, ac praeuentibus COLERO *de Iure Imp. Germ. S. 45.* BERTRAM *de Comit. Tb. 29.* BESOLDO *de reg. success. diff. 3. Tb. 3.* moribus ac insensibili gradu ipsam potentatum in exercitium transiisse sibi imaginari. v. GYLMAN *T. 1. Symphor. P. 1. Vol. 1. n. 58.* WEHNER *consil. Argent. T. 1. Conf. 2. Obseru. verb. Landesfürstl. MEISCHNER decis. cameral. T. 2. L. 1. Dec. 8. n. 4. L. 2. D. 4. n. 171.* Ex transuerso ac in deterius agunt ii, qui nec scripto

pto

pto iure nec certa perpetuaque obseruantia superioritatem nixam fuisse, sed vti omne ius publicum; ita et hoc momentum in vulgari- bus folis traditionibus substituisse, perperam ac effreni audacia contendunt. KLOCK *Relat. 169. n. 54.* MERCKELBACH *3. Confil. 10. n. 11. 29. seqq.* HERTIVS *Opusc. Vol. 2. T. 2. de orig. et progr. spec. rer. p. 4.* Aliis iterum subtiliori glaucomate allubescit incedere, vt, licet satis inconsiderate, doctrinam potentatus valeant venditare pro foetu anterioribus temporibus profus incognito atque chimaerico, nouioribus nunc demum excluso. v. SCHARSCHMID ad SCHVTZII *stat. rei Rom. p. 351. lit. b.* LIMNAEVS *T. 1. add. I. P. L. 4. c. 8. n. 182. T. 4. p. 629.* Quibus admoti, plures de argumento propter historiae legumque defectum valde perplexo, serio sunt conuesti, insimul tamen praemeditati rationes ac causas, quibus postulata sua colore obducerent ac collinerent. v. MINGIVS *de Super. Terr. Th. 4. REINKING de reg. sec. L. 1. cl. 4. c. 3. n. 7. cl. 5. c. 1. 3. n. 1.* SPEIDEL *Voc. lurid. n. 3. Du. LEYSERVS de amiss. et schriftsafs s. 14.* Dicunt scilicet, luendam hic esse publico damno poenam eamque ferendam patienter, illiteratis temporibus ac militaribus habita ratione. Occinit ita BRVNO *de pact. concl. 21.* quem agmen doctorum sequitur, et praecipue, laude sua caeteroqui non defraudandus MYL, ab EHRENBACH *archol. c. 1. §. 6.* Hic enim Germanorum ignorantiae secretorum literarum tribuit, quod statuum ac iurium principum natales tamdiu tenebris noctique fuerint inuolutae. At scimus quidem, hanc CAESARIS ac TACITI doctrinam plurium historicorum calculis non esse destitutam, scimus eam variis obseruationibus exornatam esse impugnatamque saltem WERLHOFII, KVLPIII, ac AMELOTI ratiociniis; v. GRYPHIANDER *de Weichb. c. 37. n. 11. 12.* VAGEDES *Op. acad. Diss. Sel. 2. §. 4.* HERTIVS *Vol. 1. L. 2. p. 595. §. 4.* verum id etiam tenendum ac largiendum est ambabus, cribro aquam haurire sisyphiosque lapides reuoluere eum, qui principum Germanicorum primordia ipsis Allemannorum temporibus vel in statu libero, vel sub Romanis ac Francis degentium, annitur perscrutari, adeoque necessitati ducit, ad acutum ipsius formae imperii nescium studio descendere,

perinde vti aliquando descendit Dn. a GEHAGE in perquirenda origine electorum ad Christi natiuitatem. v. § 23. 24. b. Adhuc aliam, inter caeteras obscuritatis originis huius augustioris causas allegauit Ill. Dn. a LYNKER *Tr. de Sup. Ter. p. 5.* qua politices ignorantiam, causas huius iuris perpetuo controuerfi peperisse ac in dies adauxisse ex LAMPADIO sibi adeo persuasit, vt sequenti paraphrasi nequiterit se continere, quin sedulo lectorem compellet, a frustraneo superioritatis ortus examine abstinere, operamque modo in ipsa iura, quomodo in eam, qua nunc conspiciuntur, potestatem, inualuerint, collocare. Verum sicuti hoc inuit, basilicam ac palatium angularibus faxis destitutum sibi imaginari; ita illud politices significatu, quem, nisi arcanæ subsint causae, et GOLDASTVS suo *de Imperiali Polit.* volumine haud obseruauit, valde abutitur, scientiarum limites diuersos multisque parafangis distantes confringit, confundit, additque potius causam huius iuris neglectus fictam quam probatam. v. RHETIVS *I. I. P. L. 1. T. 1. p. 66. p. 35.* BECHMANN *ad A. B. Exerc. I. ad prooe. §. 24.* Id enim in aprico positum esse arbitramur, haud parum interesse, vel solis LIPSII, MACHIAVELLI, NAVDAEI ac GULDENSTOLPII scriptis probantibus, inter id nescire quid expediat conducaturque in republica, quidque aduersetur iuribus. Hoc discitur ex indole potentatus, illud circumambit finis politices, qua ALBERICVS GENTILIS ac veteres philosophorum I. P. vniuersale tamdiu comprehenderunt, donec superiori aetate illud ad I. N. stringentiori vinculo translatum, ac a recentissimis et ab illo auulsum, inque peculiarem, entia quidem multiplicantem disciplinam fuerit transfusum, v. Ill. Dn. a. LVDEWIG *A. B. Comment. P. 2. p. 1476.* I. A. de DOBNER *Disqu. de Imp. Th. 9.* WERLHOF *de N. I. L. 1. C. 1. §. 37.* Dn. BOSIVS *Introd. in Nor. Rev. c. 1. p. 2.* WVRMSERS *Ex. 1. qu. 1.* Facile itaque perspexerunt Icti nostrates, ac abunde quisque ex ipsa tractatione intelliget, ita has omnes exceptiones, dilatorias quasi, temporis fallendi causa oppositas, comparatas esse, vt nullatenus possint cynosuram exactiorem sustinere, ac euitare replicationes euidencia ac veritate iuridice demonstratiuas. Propterea tamen non diffitemur, scaterere hoc argumentum

rum variis iisque quo delicatior res est, grauioribus momentis ac ambiguitatibus v. MEVIUS P. 4. Dec. 1. n. 10. His enim ex variis fontibus cum generatim historiarum, tum specialium rerumpublicarum propullulantibus, non citra rationem Cl. HERTIVM admotum fuisse, sustinemus, his quidem in *Opusc. Vol. 1. T. 2. p. 186.* mentem profiteri ac aperire: *Est certe, inquit, illud argumentum Superioritatis Territorialis opinionibus doctorum et natura sua tantis salebris impeditum, vt omnino in difficillimis habeatur.* Habeant alii hic campum excurrendi prolixius, nobis indicasse sufficiet, quod demum non defuerint viri, qui, licet studio ac industria opus haud esse existimauerint, ea, quibus gaudemus, coaeuorum testimonia ac omni historiarum aeuo asseruata monumentorum cimelia penitus peruestigandi ac perquirendi, hanc tamen indubitate laudem sibi vindicarunt, quod impari quamuis opera ac diuerso studio, iuribus territorialibus caligine obductis lumina affundere tentauerint, probataque fide. iustissimas Iurium veritates paulum in lucem constituerint, confirmauerintque. v. PARIS Vol. 1. *cons. 1. n. 50. cons. 23. n. 133.* STEPH. GRATIAN. *discept. forens. c. 839. n. 6. 7.* MASCARD *de probat. conclus. c. 287. n. 1. seq.* ANDR. KNICHIVS primus est, qui anno 1603. raptim ad hanc causam ipso consentente, se accinxisse ediditque synopticam tractationem *de sublimi territorii iure*, cura KREMBERGII, disquisitione CHR. MINGII *de super. terr. et eiusdem iuribus affinis* auctam. Ex eo enim tempore, quo in epistola ad cancellarium aulae Ferrariensis Thuringiorum LAGVS atro carbone neglectum ardui illius negotii notauerat, in id animum defixit sollicitate, quo peculiari opella difficultati occurreret, adhiberetque medicas manus. Sed tantum abest, vt argumentum suum e fontibus historicis imperitiae iuribus deducat, vt omnes potius superioritatis effectus e Ignorum consiliis iurisque ciuilibus riuilis et laciniis extricet, cumuletque promiscua methodo communes errores ac doctrinas. Facit huc sententia Dn. MEIERI *Libr. 3. Pol. arif. anal. c. 4. §. 61.* professi his verbis: *An haecenus super. terr. a quopiam digne per partes exposita fuerit, equidem ignoro; Quae Andr. Knichen more nonnullorum iuris Dd. consarciarum nauit, philosophicum ingenium haud satiare possunt.* Eisdem etiam

vitis

vitiis scater abundatque *theatrum sup. terr.* exstructum auctore ac architecto ERTELIO. Huius enim virtus in eo praefertim se exerit, vt vbiq; satis superque commonstret, cum BAROLO ac ipsius cohorte illum iniisse certamen, quisnam eorum leges Romanorum aptius applicauerit vel inconuenientius? Elegantius est opusculum Ill. Dn. LVD. HVGONIS *de statu regionum Germaniae et regimine principum*, et cui ideo non solum palmam dubiam reddere intenderunt Cl. HERTIVS ac Cel. TITIVS *de habitu territoriorum Germanicorum*; verum et praeripere studuit peculiari disputatione Ill. LYNKERVS. Verum cum hic ac prior id inprimis saltem habuerint curae, vt methodo ramifica curate obseruata per genera causarum argumento clarius lumen affunderent, eo maiorem doctissimis commentationibus defectum ac maculam adperserunt, quo certius hoc studium et alios lectos, WESENBECHIVM, LAUTERBACHIVM, TREVTLERVM, MINDANVM, EKHOLTVM ad dichotomias deduxit, ac cum ipsis generalioribus methodis, nullo vtili, certo ac genuino fundamento innitur. v. Ill. Dn. THOMASIVS *intr. ad Phil. aul. c. 12. §. 24. seq. et ad STRAVCHIVM praef. LAVNOIVS de varia fort. arist. in Acad. Par. C. B. 14. TALEVS praeflection. L. 1. p. 137. L. 2. p. 352. CHR. EHEMIVS de princ. iurispr. L. 7. c. 6. 8.* Operam quam exhibuit BESOLDVS *Diff. iur. pol. p. 221.* frustraneam dixeris, dum nequidem ipsum, quem voluit is assequi, scopum expleuit, consignauitque saltem breui apparatu ac extremo digito, quae de territorii vocabulo, discontinuatione, finibus, earumque controuersiis ipsi sederit sententia. Etiam si id ipsum institutum, opella de successione ac mutationibus imperiorum ac stat. iurisd. terr. vltioribusque meditationibus Ingolstadi adauxerit LINDENSPRIVS. Magis saluam poterit mouere legentibus Cl. G. A. STRVIVS in opusculo de superioritate principum imperii, quod continetur *Vol. 1. Exercit. FRITSCHII.* Nec omittendae hic sunt disputationes *Exc. Dn. SCHROETERI ac SIMONIS de iure territor. statuum sublimi*, cum in iis id distincte praestitum, quod alii vel haud assequuntur, vel certe subuertunt. Succedunt FREYERI *Exercitatio de super. territoriali* disputationibus Basileensibus inserta,

LIMONII opusculum *de iurisdictione stat. imp.* ac KLAMPRINGII *disquisitio potestatis Domini in Territorio* maxime proleteria. Ludit enim hic vocabulis, haeret circa etymorum cortices, rei conceptum exponit quidem, sed negligit more plurium genuinum iurium principatum fundamentum, nescio num fato, an secus? v. LIPSIVS *Cent. 1. Ep. XII.* SCALIGER *bippon. p. 403.* Quem errorem etiam errauerunt PREGITZERVS, HERM. WESSELINGIVS, NERGERVS, SCHMIDTIVS, vt eos praetereamus, qui ad iura territorialia tum vniuersim cum sigillatim cum EYLENHAVPTIO sunt commentati. Id enim certum, omnes hos, quos recensimus, proposuisse sibi potius, ex instituto declarare varia huius superioritatis obiecta, iura diuersa, varias diuisiones, effectus controuersos, ac constituendi modos, quam ipsius potentatus primum fulcrum, palladium atque ortum. Et huic scopo, cui quidem Germanorum CHIFLETIVS Cl. CONRINGIVS *ad P. 3. Lampad. c. 5. p. 1.* satisfacere promiserat, nedum inseruit MYLERVS in *Libro de archologia vel principum origine*, edisserens laxius de periodis recentioribus ac potestatis incrementis, discerpta vbique ac promiscue arrepta historia. Vt taceamus studium AEN. SYLVII, operasque omnium eorum, quorum nomina collegit IO. CLVTENIVS *pec. Tr. de origine Pr. imperiique progressu*, cum nec horum quis ad potentatus incunabula, ex quibus tamen iura diiudicanda sunt, respexerit, araueritque hoc nostrae prouinciae natale solum illustrium, suis aruis hodieque haud subactum.

(b) Et huius scenae autores atque socios nominabimus §. ult. insimulque ibi singulorum doctrinas exacte expendemus. v. h. Magnificus ac Illustris Dn. PRAESES *patronus indulgentissimus mihi*, *Diff. de super. territor. Ciuit. Imperial. §. 4. c. 1.*

§. IV.

Iam ad ipsum institutum propius accedere possemus, nisi argumenti necessitas a nobis efflagitaret, cum superioritatis territorialis synonymorum, tum ipsius Po-

tentatus complexus ac indolis habere prius rationem. *Iis* enim exponendis ideo praesertim opus est, ne doctrina nostra, quam infra tuebimur, ex seculi decimi initio repetita, sono vocabuli superioritatis territorialis iunioris demum aetatis, incautorum aures feriat, praebeatque ansam vel in simpulo mouendi fluctus, vel in scirpo quaerendi nodum. Ut itaque monumentis debeat probari, ipsa nouiori denominatione causae antiquioris originis, nec inde a fixa sede remotae, nihil accessisse impedimenti, sed testimonii potius robur, nec olim potentatum seu superioritatem territorialem nominibus caruisse appellatiuis. (i)

(i) Agedum, videamus haec distinctius. Principio occurrit in chartis ac inuestiturarum litteris loco potentatus, decantata in media aetate formula: inuestimus cum *omni banno*, cum *banno imperii*. Elegans huius sinit testimonium diploma Ottonis magni pro ecclesia Magdeburgensi apud METBOMIVM, quo ipsa regiae verba haec: *Bannum* nostrae regiae dignitatis in Magdeburg, in ius perpetuum liberaliter offerimus Mauritio. Et huc collimant chartae Henrici III, Wilhelmi Lucenburgeris, Conradi III, ac Ottonis regis, bannorum eisque adhaerentium iurium mentionem facientes insignem. *Primum* diploma Engelberto episcopo *bannum legitimum* sed ad certas causas restrictum, seu limitatam concedit potestatem v. GEWOLDVS *Metrop. Salisb. P. 1. p. 245. n. 1. Secundum* inuestitis cum *banno*, omnem superioritatem diserte impertitur; *Tertium* Fridericum Palatinum cum *banno* inuestit. vid. ALB. STADENSIS *ad a. 1144. Quartum* Corbeiensibus *bannos regales* indulget, confirmatque iisdem iurisdictiones, Aduocatas ac comitatus. vid. SCHATEN *An. Paderb. L. 9. ad d. a.* Suppar his est diploma apud MEVRISIVM *p. 308.* quod clarissimis verbis meminit *potentatus criminalis*, et bannum omne ita tradit atque transfert, vt si quis per illam regionem deliquerit effuderitque sanguinem, *discutiatur per officiales.* Aliud occurrit apud GOBELINVM

PERSO-

PERSONAM *Cosmodr. act. 6. c. 52.* ibique: *De banno, hoc est, iurisdictione, ibidem haec ordinavit.* Cui ex iure Feudali *Allemani.* iungi meretur §. 5. c. 42. quod laici principes non teneantur ad regem mittere, vt iudices inuestiantur de *banno.* Omittimus alia, cum haec ad nostrum scopum sufficiant, in inuestituris ac literis feudilibus *banni* vocabulum notasse potentatum, etiamsi id aliis *πολύστροφον* sit, induatque aliam saepe in edictis faciem atque naturam teste DV FRESNIO. Verum ad alia progredientes facile ex dictis est ad cognoscendum, quid velit formula: *inuestitum esse cum vexillis.* Cum enim *banni* vox natales debeat verbo *fanonis*, symboli olim potentiae ac auctoritatis, vt ibimus probatum infra, mirum non est, quod, tot testantibus chartis, hasta obtenta, cuius sceptrum regalis hodieque nos admonent, vel impertito vexillo omnis potentatus ad inuestitos transferit, idemque superioritatis territorii significatus vexilli vocabulo sonum commutauerit. Non opus est vt proferamus in medium ea, quae edisserunt FAVSTVS in *vita S. Mauri de Theudeberto Rege.* *Annalista NAZARIANVS ad a. 787.* ac de Guntramo rege GREG. TYRONENSIS *L. 7. C. 33.* dedisse eum in manus Childeberti vexillum seu hastam, vteo indicio patefeat, omne nunc regum illum tradidisse nepoti, et hunc ciuitates omnes suscepisse sub iuris dominationem. Ardua seculorum Germanicorum sese offerunt exempla, quibus salua re valemus hypothetin ac nostra *ἀντιγραφα.* Ponimus in frontispicio testimonium OTTONIS FRISING. *L. 2. c. 5. L. 7. c. 20.* Consuetudinem esse curiarum, vt prouinciae per vexillum recipiantur a principibus, eoque omnis eis potestas conferatur; dedit hoc confirmatum exemplo singularis inuestiturae Lothar. II. ac Innoc. II. quam simultaneam actiuam suouerunt vocare nonnulli. Quocirca haud temere Cl. SCHLEGELIUS *de Num. Isen. p. 8.* animum induxit, fuisse *vexillum* in nummis Thuringiae Symbolum rite colati feudi, Principium potentiae ac iustae possessionis principatus. Post vrgeo fidem DITMARI MERSEBURG. qui *q. 377.* asserit, Henricum II. per Thuringiae ac orientalis Franciae fines transeuntem ad Ratisbonam venisse, ibique regali placito habito, genero Henrico cum *hasta signifera* ducatum dedisse. Accedit Fride-

rici I. imp. genuina constitutio, cuius virtute, IOH. IAC. CHIFLETIO interprete in *Comment. Lotbar. pag. 97.* dux Austriae Henricus a. 1156. principali veste indutus ac pileo superposito ducali, ad declarandam auctoritatem hasta vexilloque more imperii principum feuda obtinuit ab imperio. Plenius huc spectat diploma Carolinum, quo diserte innuit imperator, per tesseram vexillorum Wenceslao I. Luxenburgico Metis impertitam, potentiam denotari ac summam facultatem. Cum primis tamen regum Bohemiae exempla hic accersenda sunt ac diiudicanda. Quamvis enim nonnulli, a regibus Daniae gladio inuestitis, alios verum principes Polonorum exemplo cum vexillis inuestientibus, decepti, calculos addere soleant GVNTHERO LIGVRINO *L. 1. vers. 545.* quod in prouinciis ferente seruatque diutius temporum more, iura superioritatis *solis gladiis*, non etiam vexillis, in REGNIS fuerint collata; a veriori tamen tramite iis nos retrahi non patitur documentum Friderici II, ac III. a BALBINO *rerum Bohem. Epitom. p. 252.* ac *Miscellan. p. 109.* relatum, quo diserte patescit, quod electores ac reges Bohemiae, regalia ac quaecunquae potentatus et electoratus iura, cum solennibus *Banderiis* receperint confirmata. Verum nec hoc solum falsitatis arguet generale dissentientium asserptum, validiori adhuc argumento subuertendum contundendumque. Idem enim BALBINVS *Miscell. Histor. Dec. 1. L. 8. Ep. Vol. 1. p. 14.* Richardi Romanorum regis diploma in lucem constituit, quo *vexillis* Aquisgrani corroborata accepit Ottocarvs Rex Bohemiae iura Feudorum *de iure libere ad eum deuolutorum*, Regni Bohemici, ducatus Austriae, Stiriae, reliquorumque attinentium. Hic porro varias post turbas venit tandem, vti promiserat in *laudo concordiae §. 6.* ap. LEIBNITIVM *Cod. Dipl. T. 2. p. 101.* ad recipiendam Inuestituram in Cambergenfibus tentoriis fraude concinnatis. Adfuit Imperator Rudolphus Imus, Curiae olim Bohemiae Magister ac Marefchallas, nunc augustali ibi, negante licet ALB. ARGENTINENSI *ad a. 1276. p. 101 T. 2. R. G. ap. VRSTISIVM*, ornatu ac diademate fulgens; accedit etiam Ottocarvs, omnimodo iure, coniuge ipsius *Kunigunda* Libertatis vindice asserente, instructissimus, regionumque suarum potentiae, Numinis
itidem

itidem ac Iurium maiestaticorum, quae iure Territorii proprio ipsi competebant, suscepit obtinuitque confirmationem. GERH. a ROO *Hist. Austr. L. 1. p. 24.* AEN. SYLVIVS *Hist. Bob. c. 27. p. 135.* FYGGER *L. 1. C. XI. p. 56. 95.* ITTERVS *de Feud. Imp. p. 514.* Verum, quod insignis nostrae assertionis est *βεβαιωσις*, DVBRATIO referente *Hist. Bob. L. 17. p. 142.* noluit Imperator amplius, potestate omnimoda, ut is emineat ac corrumpat in Ducatibus Austriae ac Carinthiae, quibus nequere solent plerique Carniolam. vid. NAVCLERVS *Vol. 1. Chron. Gen. 43. a. 1282. p. 909.* BONFINIVS *Hist. Hung. Dec. 2. L. 8. p. 216.* SPONDANVS *T. 1. Cont. Ann. Baron. a. 1277. §. 6. 7. p. 262.* Dominus de PAPPENHEIM *Hist. Austr. ap. FREHERVM p. 328.* Ac priorem certe Ducatum Ottocarus non quidem eripuerat imperio, euincente §. 3. *Laudi*, sed iure vxorio Margarethae, vltimi ducis Austriae Friderici lineae Babenbergicae, sororis, viduae Henrici regis filii Friderici II. imperatoris acquisuerat dotis titulo, qui tamen concidere debebat dimissa per diuortium coniuge, probatoque de Austria feminino feudo, priuilegio Friderici I. imi. Posteriores ab Vlrico II. Carinthiae duce, e comitibus Spanheimensibus oriundo, mascula prole a. 1269. orbato, non quidem *parata pecunia*, sed ex testamento adeptus erat, at caesare refragante. CZECHEROD *Mari. Morau. L. 3. c. 7.* Ut ergo auferret in his terris ipsi potentatum, in Morauiae Bohemiaeque regnis corroboraret, vexilla Austriae ac Car. retinuit, cetera obtulit Kambergae. Obtinuerat enim, tot tangere vexilla, quot principatibus potentatu praeerat inuestiendus. Quare et ipse statim Ottocarus, hastis ablati, rimatus est, dabiam in his terris ipsi reddidisse superioritatem Augustum. Qui nec diutius cunctatus est, Austriam filio Alberto, comitis Tyrolensis focero impertire, Carinthiam vero comiti Meinhardo, Austriacis in simultaneam inuestituram assumptis, sed tamen eius virtute, exarscente mascula stirpe in Henrico II. Carinthiae, exclusis. CHRON. HIRSAUGIENS. a. 1282. *Paralipomena ap. VRSPERGENSEM a. 1278.* HIER. MEGISERI *Ann. Carinth. p. 113.* ANONYMI litterae *responsoriae ad nobil. literatum p. 121.* Aliud adhuc exemplum succurrit in Pomeraniae historia,

pondere ac excellentia nullo inferius. Admonent enim nos comitiae Augustanae institutae a. 1530. Pomeraniae duces iurium confirmationi inuigilantes, sanguineis vexillis solenniter fuisse inuestitos. Tot symbolis hanc eos recepisse, quor dominatibus principes eluxerint. SPENERVS *Op. Her. P. 2. L. 1. C. 13. §. 26. pag. 90.* Decimi vltimique vexillorum, quod Vledomium spectat, oblitus est GORDASTVS *Pol. Imp. P. 6. n. 3. p. 361.* qui etiam Butzcouianum legit pro Guzcouiano. Id singulare est, nostroque argumento admodum proficuum, quod refert *Idem S. 14.* de marchionibus Brandenburgicis, quod vi simultaneae inuestiturae ac transactionis cum Georgio Grimmizii conclusae, in spem futurae successioneis vna cum inuestiendis Pomeraniae ducibus, recipiendi tangendique vexilla studuerint, nauauerintque operam. Vt adeo non opus pluribus coaceruandis testimoniis veritatum. Praesertim cum prolixiori studio tum hanc spartam, tum illud argumentum de moderna inuestitura ensifera, nunc etiam ecclesiasticis principibus communi, occupauerint exornauerintque *Ill. Dn. a LVDEWIG T. 2. Opusc. p. 574. et Ill. Dn. GUNDLINGIUS, patronus ac doctor meus summo opere colendus, integra diatriba de feudis vexilliferis, ac nouissima Parte 26. Gundlingianorum n. 4.* Illud adhuc, vt diximus, a nobis agendum, vt latius eamus probatum, qui vocabulum fanonis, banni, haetae, apud gentes habuerit, retinueritque significatum potentiae? Et ita quidem dignum obseruatu, tempore veterum Germanorum, duces de quibus TACITVS c. 7. egit, exules extitisse temporibus pacis ac quietis, ac feruentium bellorum denique tumultibus accepisse militarem dignitatem ornamentumque martiale. Hoc nimirum distincti ac a plebeis secreti praebant, eos quidem effecta, vt obsequio prosequeretur afficeretque agmen ipsum dominum. Hunc TACITO ac AGATHIA docentibus, lauto sermone Gothorum dixerunt sanum, quem omnes secuti sunt, testibus MYRAEO ac BALVZIO, hastis, bruniis, seu voce teutonica, *frameis.* vid. 105. de la PISE *Histor. Princ. Auzasi.* p. 27. CHIFLETIUS *Anast. Cbild. p. 219.* PITHOEVS *Glossar. Satic. p. 710.* TH. BARTHOLINVS *antiqu. Dan. L. 2. c. 7. R. 365.* *Ill. Dn. GUNDLINGIUS d. 1. p. 8.* Accerlere hic possumus varia

ex *IVNII versione Euang.* testimonia, verum non deerunt alibi rationes, omni aevo, vocabulo Fan, Fanon, cohaesisse notam auctoritatis ac potentiae. *Faunos* nouimus Deastros fuisse, quorum cultui nemora ac quercus, arbores ob caulās certe arduas iuris diuinius, gentes vetustae Graecorum Romanorumque ἀπ' οὐδένως lucorumque superstitione infectae, destinauerunt ac consecrarunt. v. BROTVFF *Chr. Mers.* p. 462. PEYFER *Lips. Chr. L. 3. de Zuttibero*, p. 229. *Fanos*, scimus Gothos cum ad christianorum castra transfugerent, malos genios nuncupasse, hodieque Suecos appellare. Idolum Pan, Kan Persarum, Tartarorumque Chan, banus Croatiae, trita apud omnes sunt vocabula, quae nihil praeter dominatum insinuant notantque. *Fanum*, summum numen, idola, simulacra gentes septentrionales compellasse, testis est CANISIUS *Leß. ant. T. 2. p. 407. n. 20. p. 411. u. 24.* *Tanfana* in Marfis, per Dempfanne in comitatu Rauensbergensi corrupte exposita, est Dea inter abietes vid. *Consult. Dni MEINDERS de religion. Sax. Gent. diss. 3. p. 125.* *Molosandus* satrapa Marforum ap. TACITVM *Ann. L. 2. c. 28. n. 2.* Iudicii dominum designat, et decem alia vocabula supersunt, quae si inquiramus, dicta collustrant apposite. *Panewitz*, interprete Cl. Du. FRENTZELIO inuoluit Scytico, hodieque Slauico idiomate apud Henetos ac Polonos, dominantis filium, *Ponowic*, regni senatores, *Panna*, dominam. SALMASIUS *Epist. L. 1. ad Voss. Ep. XIV.* Et huius significatui ex ceteris sexus sequioris vocibus ex affe respondent Gothicum vocabulum *fanna*, graecum βῆνα, βανα, latinum Venus, ex quibus ad recludendum referendumque facillime, vetustum Quena, Vngaricum Kone, Danicum Kun, reginam denotauisse, ipsosque scriptores Graecos, qui tot eruditus eo vocabulo imposuerunt, per *Amazones*, quas HERODOTVS *L. 4. c. 110.* vocat *viricidas*, mulieres ac domicellas ad paludem Maeoticam sedentes significasse ac intellexisse olim vid. Cl. HICKESIUS *gram. Angl. Sax. pag. 132. Is. VOSSIUS ad Pomp. Mel. p. 142.* IOH. PHIL. PALTHENIUS *Annot. ad Tat. p. 501.* Ipsi duces, vt progrediamur nunc amplius, fustem frameamque, insigne militaris potestatis gestabant, cui adiecerant in extremitate linteum, fasciamque. SPELMAN *Aspilog.*

p. 90. REN. FRANÇOIS dans l'essai des merueils. c. 42. pag. 361. AEG. FELENIVS de Col. Agr. Magn. L. 2. S. 9. p. 151. Et ille mos nec incognitus aliis fuit gentibus, Graecis puta ac Romanis, sub hasta publicae potestatis indicio non solum vendentibus. Et enim hi fortioribus viris, vt notant GRVTERVS, VOPISCVS, SALMASIVS, ac ad SALVSTIVM Cl. WASSEVS, hastas praesentarunt habueruntque ipsas sceptrorum instar ac diadematum regni. Perinde vt aliquando Franci aduenientibus regibus ac dominantibus item praefereendis signis obuiam procedentes. vid. HARDVIN Num. Prouinc. p. 867. TVRNEBVS Aduers. L. 22. cap. 12. GREGOR. TVRONENSIS L. 8. c. 1. Vt itaque non adeo inconsiderate valeamus asserere, ab ipsis *Fanonibus*, *Brumiis*, quae a Danis dicuntur *Brynthwarae*, frameis itidem, quibus alligauerant funes ac linteum, ipsos praefectos sortitos esse significatum, vel ex fide curatorum a primis praefectis ipsos Fanones nactos fuisse denominationem. conf. Cl. DODWELLI *Diff. de Parma equ. Woward. a Th. HEARNE ed. §. 6.* Fram namque, monosyllabum, apud Celtas ac Gothos, Imum, praecedentem, *Framise* excellentem, designabat; Inde descendunt *Frea*, *Froa*, siue *Domina*, *Frohn* siue *dominicum*, *Brennin*, *Brennindis*, antiquis *Gaulis* hodieque *Wallis* lingua *Cimbrica*, rex, domus, regia, *Brennus*, *Pyrenaeus*, cuius voces sonantes eminentiam altitudinemque. Et hinc etiam ipsi domini ac duces militares, *Fani* dicti, virgis seu hastis adnexis linteolis, imposuerunt significatum, qui sub vexillorum, *dér Fahren*, etiam nunc venit nomine. Fabulas enim declamauit ornauitque sublesta fide *WETSTENIVS Orat. IX. de lingu. Graec. praer.* contendens, quod Romani signum militare, *βαυβον* uocauerint, fuerintque mutuati ab eis Germani uocabulum *Fahren*. Cum certius omnino sit, per irruptiones utrorumque Gothorum, Herulorum, Longobardorumque, usum horum insignium apud Romanos denique inualuisse, Romulidumque linguam e Celtico sermone Germanorum praecipue accepisse sonum ac valorem. vid. GROTIVS *eleg. prol. ad 1. Goth. p. 18.* PICCARD *de prisco celtop. L. 3. p. 92.* Quae, si non omnibus arrideant, soluant ex innumeris uelim rationibus *SCHRIEGKII*, *BECANI*, *PRASCHII*, *SALMASII*,

MASII, TENTZELII ac LEIBNIZII eas saltem, quas doctiss. Abbas PEZRON de antiquitate nationis et lingua Celtarum Parisiis contra vulgares ac systematicas doctrinas patrio sermone typis descripsit diuulgauitque. vid. DIONYS. HALYCARNASSEVS L. 1. Ant. Rom. c. 89. MABILLON Itin. Ital. p. 141. THEOD. KIRCHMAIER de Teut. Lingu. act. n. 2. BOXHORN. Orig. Gall. c. 2. 3. STIRNHIELM Anticluuer. p. 87. et §. 8. b. Quorum etiam pertinet, quod Germani consueuerint quoduis operimentum, fasciamque lineam appellare fannonem, et a ligatura, banonem. Adferit illud apprime de phanone sacerdotum, distinctissimo, quo papicolae cataphraſti incedere solent, indumento, melsgefand, RHEB. MAVRVS de Instit. Cleric. c. 18. et de Mappa idem enuntiat *monachus Wissenburgensis*. Vt ideo nos nihil moueat, quin repetamus fidenter causas significatus vexillorum ab eis, qui pollentes auctoritate ciuili vel militari eis praefuerint populis temporibus antiquis, ducibus nimirum, comitibus, baronibus, caeteris. Ac haec ipsa propius nos inuitant ad perpendendas natales inuestiturarum cum bannis, meri mixtique Imperii ac superioritatis principum probatis indiciis. vid. Dn. SCHILTERVS Ex. 6. ad Dig. §. 9. et L. 1. Iur. Publ. Tit. 24. §. 2. Quare principio id probe obseruandum, duces sub Francis milites eduxisse in aciem, ius dixisse, sed dependenti auctoritate, omni *αυτοκρατίας* iure destituti. MEIER Annal. Flandr. L. 11. p. 10. DOVSA Annal. Batau. p. 193. VOSSIVS Ann. Holl. p. 5. DV CANGE Glossar. T. 1. p. 454. seqq. Inde voces, *bannerii*, *bandereti*, *bandophori* seu *vexilliferi* iustitiae apud scriptores admodum frequentes, nobis sunt rationum instar milites fuisse tum duces ac iudices. LAMBECIVS L. 2. Comm. p. 953. BENNO de Gest. Gregor. VII. Chron. Casin. L. 1. C. 26. SEGOING Thres. Her. P. 2. p. 51. *Bannum* vero, *Bandon*, *Bandora*, ac *Fanon*, symbola potentiae, coincidunt, tribueruntque eis, qui his eminebant, auctoritatem ac regimen. vid. P. I. ARNEFRID de gest. Longob. L. 1. c. 20. ANASTASIVS in Leone III. p. 125. Cl. FAUCHET de l'origine des Cheu. L. 1. c. 3. p. 28. MS. LABOVR de l'origine des armes n. 80. n. 104. Primum namque haud ignoramus, quid denotauerint vocabula, *Panner*, *Banni*, *Bannerium* &

hastas nimirum seu vexilla, dominos ense ac iure in iudiciis ac bellis iudicantes, ac ipsam demum militem qui sequebatur vexilliferum, VARENNE *Comm. de armis P. 3. p. 493.* Post exploratum habemus, *bannire* significare, *praecipere*, *statuere*, *Heribannum* inuoluere *citationem ad sequelam*, *Bant*, vnde *Brabant*, *Dynastiam*, tractum, *Fribans*, *limites liberos*, *Bannitos* lingua Anglo-Saxonica notare homines a magistratu *punitos*, e limitibus expulsos, et quod sponte sua fuit probauitque GLABERVS *Histor. L. 2. c. 10.* *Bannum Regium*, summam iurisdictionem a rege collatam. vid. DITMARVS *L. 7. p. 91. Capitularia Carol. M. cap. 1. a. 802. c. 40.* LVCAS TYDENSIS *p. 63. Cod. Carol. Ep. 88.* VGHELLVS *Ital. Sacr. in Episc. Aful. T. 1. p. 849. 52. 960. Charta ap. MABILLON T. 5. Ord. Bened. p. 88.* Tum constat ex HVNDIO ac OBRECHTO, quem a GRYPHIANDRI censura liberauit *Cel. Du. GVNDLINGIVS*, sub vexillo ducum acta fuisse iudicia, ac adhibuisse Francos in mallis ac staplis hastas erectas *signiferas*, tesseras auctoritatis ac potentiae, eo demum aeuo, quo ius in basilicis atrisque ecclesiarum dici cepit, abrogatas. Verum ex his clauem accipimus in adyta morum variorum prouinciarum penetrare penitus. Ex EMMIO enim docemur, apud *Frisios* ex legibus Vbstallbonicis lignum erigi ac signum in Iudiciis; ex LOCCENTIO, apud Gothorum propaginem *Suecos*, non secus ac apud *Heluetios*, in statariis iudiciis vexilla in terris defigi; Ex SIMLERO, apud *Beruares*, vexilliferos amplissima dignitate praefulgentes praefuisse vr-bibus, ac defunctos esse iudicum officii. Vt ea silentio inuoluamus; quae de praecipua hac potestate ac basso iure magistratus, ex moribus gentium vbique fere obtinentibus, ex POGGIO attulit confirmauitque testimoniis ANT. MATTHAEI *Cel. BAEVZIVS in vet. monum. collectionibus. vid. Exc. Du. GVNDLINGIVS Diatr. §. 17.* De lumine tamen hic gloriamur, quod ex dictis affulget caulis ac doctrinis, cur ius prou. Sax. meminerit in mallis lignorum ac hastarum? cur eas in expuniendis examinandisque maleficis ac delinquentibus magistratus exererint, hodieque aliquando admoueant? cur vexillis conuocauerint puniendos ac citandos? cur archi-episcopus Moguntinus cum stabulis regis, vt audiunt in
capi-

capitularibus Francorum, inuestitus fuerit? et cur tot etiam nunc super sint exempla, quod ciuitates cum Teutoniae tum Italiae summos magnates vexillis exceperint, in turribus fustes expanderint, obrulerintque proceribus vexilla, instar symbolorum domini? *Denique* cognitu facillimum est, qua ansa ortum sumserit vocabulum *Bannerherr*, quod alias efferimus per vocem *Baronis*. Etenim, eo duces tempore Francorum omnes sunt insigniti, vexillifera dignitate conspicui. Quam et eousque retinuerunt, quousque nondum inhaesit ossibus eorum sed personis, officium vexilli ac potentiae. DV CHESNE T. 1. p. 486. Verum nactis hereditariis iuribus, iisque ad posteros stabiliiori lege translatis, baronum nomen penes eos permansit, qui destituti ducatu, marchionatu, caeteris Dominatibus, in tractibus, castris, ac *auitis* possessionibus, seu *alodiiis* suis pro lubitu degerunt, veneruntque nullatenus nec equitum aut ministerialium nec militum gregariorum numero. Hinc cum proxima denominationis causa in oculos, incurrat, opus non est, vt e longinquo quasi barones a Bar, Barn, Barnas, aliisque glossis denominemus cum IVNIO ac MATTHAEI de Nobilit. L. 4. c. 7. p. 939. Satis certe nostras coniecturas euidenter reddit, aliud, quo se torquere solent doctores, vocabulum; *Semperfrey*. Quamuis enim non ignoremus, respici a SCHILTERO in *Com. ad lus. Alem. c. 1 p. 19.* ad *missos regios, Sendbabre*, ad expedienda negotia Imperii ablegatos; malumus tamen hic nostris quam illius cogitationibus abundare. Praecipue cum eius doctrina praepotentis non solum Francos, sed etiam tot principes imperii, Henrici quinti, Ludouici Bauari, immo adhuc Caroli quarti temporibus, vendidet pro regum commissariis, adeoque, ne ipsa corruat, infestet impugnetque genuina iuris publici elementa. Nobis videtur potius, explicari illam formulam conuenientius ex ipsa commemoratione de *bannum* ac iuris dicundi facultate. *Centa* enim nihil aliud est quam *bannum* ac iudicium, *accentenarius* insinuat prouincialium iudiciorum praefectum. vid. VEGETIVS L. 2. c. 8. 13. *Lex salica* T. 46. §. 1. *Lex Longob. L. 2. Tit. 52. §. 10.* Haec sicuti ex innumeris diplomatibus Henricorum Rudolphi primi ac monumentis Franco-niae Sueviaeque abunde dispalescunt; ita etiam positum est extra

aleam dubitationum, vocem *Centensri*, nunc *Semperfrey*, sub Francis indicauisse ducem, baronem, iudicii vel militaris vel ciuilibus dominum praesidemque, subiectione ipsius iudicii exemptum. Quod vel ex illatione quoque oppositi, der *semper Leodum*, *Litorum* i. e. subditorum, nanciscitur robur ac confirmationem, vt pote qui coram locorum iudicia a iudicibus conuocabantur tenebanturque comparere. Vt adeo haec consulto fusius exposita, satis valeant rerum cupidos instruere, quatenam causa fuerit, seruatarum olim in imperio Germanico formularum banni ac vexillorum, loco vocum territorialis suprematus. Et ex ipsis his dictis abunde insignes infra §. 17. patebunt conclusiones ac effectus de differentis ducum Francorum ac postcarolinorum, ex his generalioribus ad limas pragmaticas examinandis. Iam promouemus pedem ad ceteros significatus, suppare superioritati. Eorum praecipua est formula: *cum omni iustitia ac iure*, in diplomatibus Ortonum, Caesarum Saxonum, ad Seculum VII. vsque admodum vsitata. Plurimum loco, vnicum illius exemplum prodeat in conspectum, quod consignauit W. HVNDIVS *Metrop. Salist. T. 1. p. 77.* Is enim exhibet notabile diploma, quo Frid. I. imperator litem inter Ducem Austriae ac Saxoniae propter ducatum Boioariae agitatam, his verbis *insignibus* sopit terminatque: *Ne autem*, inquit Augustus, *gloria dilectissimi nostri patris Henrici ducis Austriae minui videatur hoc facto, de iudicio principum*, illustri duce Bohemiae sententiam promulgante, et omnibus principibus approbantibus, *Marchiam Austriae in ducatum commutauimus, et illum cum omni iure praesato patrio et uxori suae in beneficium concessimus, vt filii ac filiae illum teneant, ac nulla persona in eo sine ducum consensu aliquam iustitiam i. e. REGALE, praesumat exercere.* Eiusdem commatis vestigiori aetate est simplex notio: *superioritas*. Protopocamus saltem ad chartam apud PONTANVM L. 8. *Hist. Geld. ad a. 1377.* qua Carolus quartus Wilhelmum Ducem de Gelria inuestiuit cum *superioritatibus*, iuribus, feudis, homagiis. Et hoc ipsum diploma, dum mentionem fecit inuestiturae cum *territorii*, exactioris examinis occasionem nobis suppetidat, vt penitus inquiramus, numne *territorii* vocabulo antiquitus ius territoriale fuerit

erit indigitatum? Collimasse huc suis temporibus CAM. BOREL-
LVM *conf. 86. n. 12.* MINGIVM *de sup. th. 6. in f.* REINKINGI-
VM *de R. S. et E. 1. cl. 5. C. 2. 5. n. 8. 9.* loquuntur quidem omnes eorum litterae, sed sine monumentis, die ac consule. Explebimus defectum, duobus diplomatibus, iisque maximi momenti. Primi testis est GOTHOFREDVS, *monachus Colonienfis*, mentionem iniiciens constitutionis Friderici II. qua notanter sanciu-
it prohibuitque: ne *officiales*, principum territoria i. e. iura territorialia corrumpant, ac in *eorum ciuitatibus*, s. in *theloniis* s. *monetis*, sibi adrogent aliquam iurisdictionem. Alterum est seculi decimi quarti, quo ipse hic stilus in curiis fuit frequentior. Clara enim sunt verba diplomatis Caroli Quarti ap. IAC. WENCKERVM *in monum. ad Pfalburg. Iura p. 72. 73.* quibus ipsa *lex pragmatica aurea Tit. XI. §. 1. 2.* pondus addit ac robur. vid. *Ill. Dn. a. LVDEWIG Com. A. B. d. l. x. y.* Et his ipsis nec calculum suum inuidisse *Ill. Dn. LYNKERVM de sup. Terr. p. 21.* innuere videntur ipsius verba: *Dicitur super. ter. etiam territorium, quia hoc formaliter accipitur:* Sed prolixiores in hoc argumento sunt KNICHEN *de subl. Iur. Reg. p. 21. n. 14.* IO. KOPP *d. q. 42. n. 10.* HILLIG. *in Donell. enucl. 17. c. 9. l. c.* HENNINGES *adnot. ad BECKERI I. P. L. 3. c. 2. p. 121.* Porro *districtus* vocabulo eadem aetate consueto, saepius vtuntur chartae ac *A. B. T. 15. §. 4. 25. §. 2.* eodem certe significatu. Licet enim illa vox apud Romanos paruus tantum terminos, glossatorum suffragio, notauerit, exulat tamen eius sensus ac explicatio in terris Germanicis, quibus comitum priuatorumque limites vocabulo pagorum propterea saepius a *districtibus* sunt distincti. Faciunt huc ex WENCKERO *d. l.* verba diplomatis: *Et tota eius iurisdictione seu DISTRICTV sui prohibitum, ne quis homines et ciues ecclesiae in Pfalburgerios audeat suscipere.* Cui profus assimilatur terminus *ditionis*, quo vtitur vetustius testimonium Lotharii apud DODECHINVM *p. 470.* Fuit enim in comitiis quaesitum: vtrum forficatoribus ac delinquentibus subditis iuste abiudicata pertineant ad *ditionem regimnis*, seu iura territorii ipsius domini, num ad regis proprietatem seu fiscum caesareum? Cui merito responsum, *cedere illa non*

Caesari sed regiminis subiacere ditioni. *ad. Nouiss. capit. art. 21. et DATTIVS de P. P. L. 3. c. 12. §. 148.* Sicuti autem prisca seculorum barbarie Icti Germanici Itolorum philosophia inani de continuato imperio Romano prorsus inefcati, ius publicum Germanorum valde perturbarunt, conflaueruntque dogmata, Romanorum phraeologüs, *monarchiae, magistratus, edictorum, placitorum,* earumque significatibus mire corrupta; ita nec defuit occasio potentatum ac superioritatem principum, *inirdictionis merique imperii vocabulis* obfuscare ac inuoluere caliginibus. *MEVIVS p. 6. Dec. 252. TREVTLERS vol. 1. D. 3. §. 6. vol. 2. D. 8. l. a. ibique laudatissimus BACHOVIVS,* vulgo quidem cum GIPHANIO, BESOLDO, HVNNIOQVE dictus *apostata.* Supra iam scriptum est, quid damni ac incommodi rebus imperii intulerint leguleii ac romanizantes, qui glandibus vescunt quotidie, ac a vera tramite, de qua tamen gloriantur, antiquitatum iurium ac institutorum Romanorum aberrant, digrediunturque quam saepissime. *vid. Exc. Dn. HEINECCIUS, Vir antiquitatum iuridicarum versatissimus Ant. Rom. ad. I. praef.* Nunc nouum accedit exemplum, quo facile patescit, et ipsos haud erubuisse, ad regulas Iurisdictionis eminentiorem potestatem, ac amplissimos suprematus effectus ad meram imperii normam redigere ac aestimare. *vid. Cl. GRIEBNERVS eleg. diss. de praeciud. princip. imp. ex abusu iur. Iust. p. 21. b. Doctiss. Dn. NIC. GVIL. DRESSELIUS Adnot. ad Exc. Dn. SCHOEPPERI Synops. L. 2. T. 1. BRVNNEMANNVS Diss. 11. §. 26. Dn. STRYCKIUS V. M. disc. praef. §. 40. Deductio Sax. princ. in Clu. p. 8.* Testantur illam audaciam plurium consilia, Commentationes, decisa, quibus, conductis legum farraginibus, Principum facultates, Iurisdictionis limitibus contrahunt, coeherent atque restringunt. *v. Dn. HVGO de statureg. Germ. c. ult. Perill. Dn. a PONIKAV de priuat. cond. princ. c. 2. Dn. a LYNCKER de lib. stat. imp. m. 2. §. 2. KLOCKIUS rel. 72. n. 55. Conf. V. 1. c. 8. n. 115. GYLMANNVS T. 1. P. c. 12. BVSIVS ad L. 1. §. quaec. de offic. n. 6.* Ut adeo mirum non sit, transiisse etiam haeresin ciuilitarum in ipsas curias ac sanctiora iudicia, asserentibus copiose *letteris ap. Ill. Dn. LEIBNIZIVM Cod. Dipl. P. 1. n. 93. 31. 32. 85.*
Verum

Verum etiam hic diplomatum fides interponenda est, ne ex nudo faltem nostro asserito, superioritatem sub *iurisdictionis* tegumento delituisse olim, videatur titubantibus. Auxilia adfert AEG. GELLENIVS L. 1. *Syntag. de magnit. Colon. 7.* charta caesaris Friderici primi, qua partem ducatus Westphaliae ac Vngariae, archiepiscopo Colonienſi obtulit tradiditque cum omni *iurisdictione*, comitatibus videlicet, curtibus, beneficiis, ceteris. *add. Cl. HICKESIVS Diff. Epistol. p. 60. in not.* Eundem tenorem repetit constitutio Friderici secundi imperatoris supra excitata, eiusdemque charta, docente *chronico ALBERICI*, qua principum iura firmavit statuitque: vt vnusquisque magnatum quiete vtatur libertatibus ac *iurisdictionibus*, potestatibus nimirum supremis. v. *Card. TVSCH L. 1. concl. 545. n. 6.* SCHILTER I. I. P. T. 2. *Tit. 16. §. 5. p. 118.* Nec destituimur diplomatibus, quae inuolucris vtuntur *meri imperii*. Et haec quidem debemus *annalibus Treuirensibus*, quae chartarum mentionem iniecerunt, quibus Ludovicus Bauarus ac Carolus quartus Balduino archiepiscopo, oppida, ciuitates ac castra impertiunt, confirmantque cum mero ac mixto imperio, eiusque animaduertendi exercitio. KYRIANDER *an. Treu. P. 15. p. 159. 194. seqq.* Quare ad intelligendum prona est occasio, quo filo significatuque scripserit FERD. VASQVIVS L. 4. *Controu. Illustr. c. 1. n. 1.* Regnorum et principatum proram pupimque absolui in *iurisdictione ac mero imperio*, olim nimirum potentiam supremam indicantibus. Olim diximus, cum nos non fugiat, frustra hodie nonnullos significatum meri imperii Romanorum, in laxiore sensum Germanicum studuisse transferre, illudque exemplo *Philippi Hassiae Landgrauii*, contententis de vrbe Hoxariensi. BROWERS *An. Treu. L. 17. c. 5.* SCHILTER *Ex. ad ff. §. 9. L. 1. I. P. T. 24. §. 2.* SPRENGER I. P. L. 3. *cap. 20.* HORTLEDER *de caus. B. G. L. 4. c. 6.* MICHAEL *de iurisdif. concl. 24. ac Instr. Pac. art. V. §. 14. art. 11. §. 4.* Id vero singulare videtur, quod veteri formulae: *dare aureum circulum*, inhaeserit ipse complexus iurium superioritatis. Testes hic sunt DV FRESNE *Gloss. ad script. med. et inf. lat. T. 1. p. 997.* ibique sufficientes rationes. Notius est, quod veteribus chartis formula;

Confir-

Confirmauimus omnia regalia, vel dedimus ei iustitias; ipsam inuoluerit superioritatem. Et haec adeo communis est, vt prae ceteris locum occupauerit in chartis inuestiturarum ac diplomatibus. v. Dn. HERTIUS *de sup. Terr. §. 2. ac §. seq. b. lit. n.* Quo sensu etiam accipi debent, quae docuerunt BOCERVS *claf. 5. di. p. 10. Th. 67.* KNIPSCHILD *de ciu. imp. L. 2. C. 5. n. 14.* TABOR *de metat. c. 6. n. 5. 7.* cum nunc alias ei omnino fallant, qui causam ac effectus nolunt penitus distinguere, sed coloratis rationibus ipsam superioritatem malunt imminuere. v. VALASCVS *de Iur. Emphyt. qu. 8. n. 34.* WEHNER *Obf. Pract. p. 334.* LINDENSPYR *de Imper. mutat. c. 29. n. 85.* SIXTINVS *L. 1. c. 1. p. 20.* REINKING *l. cl. 5. c. 3. n. 18.* *Acta Lindau. p. 647.* Quodsi etiam expectes quid de expreso in veteribus chartis vocabulo *aduocatae*, a defensione non raro distinctae, censeamus, hoc saltem a nobis assertum accipies, non deesse sufficientia documenta, inuisse saepius illud ipsum *superioritatem*. Tot enim instrumenta testantur, transiisse ab imperatoribus eorum iura ad alios cum pleno exercitio, adeo vt aduocati in subditos ius territorii, quod ruebantur, exercuerint habuerintque omnes inde redundantes effectus. vid. EHRENBACH *Archontolog. c. 21. 22.* Eleganter de hoc argumento edisserit H. MEIBOMIUS *Script. R. G. T. 3. pag. 233.* cui nec denegarunt lapillos suos, ac consensum consuetudinibus innixum, HOCKIERIUS *de aduoc. qu. 27. n. 3.* ac testes apud KNICHIVM *c. 4. n. 305. - - 355.* Argumento tamen GOLDASTI vim nullam inesse arbitramur, cum suspecta fide superbiat poetarum, quorum relationes in historicis sub beneficio inuentarii plerumque recipiendae sunt. Potiori iure prouocamus ad chartas Henrici quarti, *Acta Meurenfia p. 12.* ac MIRAEVM *Belg. Dipl. L. 2. c. 35.* ex quibus sitim satis restinxerit cupidus veritatis, num conferat aduocata facultatem iuris dicendi, onera exigendi, iudicia exercendi, comparendi in iudiciis ac belli ineundi? vid. *Triumph. S. LAMBERTI c. 3.* MASSON *An. Franc. L. 3. pag. 305.* LAZIVS *Comm. Reip. Rom. L. 12. c. 1. p. 919.* Possemus hic ex GALLANDI *Tr. de vexillis p. 31.* multa huc facientia de auriflamma Gallorum, symbolo potestatis in aduocatiis, congerere, nisi omnem

omnem defectum abunde explerent adaugerentque satis fidem asseri ipsa diplomata apud DV CANGE glossar. T. 1. p. 87. iuit. quibus cum in comitem Brabantiae, tum in Bertholdum de Zerlingen, plena iurisdictio translata est per aduocatas. Ut alia aduocatarum Germaniae instrumenta nunc non accerseamus prolixè. v. *Illustr. Dn. THOMASIVS de legislat. pot. contra Ius Comm. §. 31. Dn. a LVDEWIG Op. miscell. T. 2. p. 903. q. MAGER de aduoc. c. 2. n. 200. 201. c. 9. 10. n. 386. Ius Sax. prou. L. 1. a. 59.* Propius nunc accedimus ad recentiores ac hodiernas denominationes potentatus, et eas quidem, quas varii imperii recessus repetunt suppeditantque. Dicitur nimirum in *R. I. a. 1548. §. 47. §. 66. die Landes-Fürstl. Obrigkeit, §. 41. 48. die Hohe Ober- und Gerechtigkeith; R. I. a. 1555. §. 4. 40. §. 16. 53. a. 1559. §. 21. Oberherrlichkeit, Landesherrlichkeit, Landesherrliche Botmässigkeit, Landes-Fürstl. Schutz. v. HEIDEN in FRITSCHI Exerc. I. P. 10. pos. 24. SIXTIVS L. 1. c. 10. n. 19. DAPP de Ciuit. Imper. c. 6. n. 18. PREITZ Vol. 2. conf. 94. n. 45. Cap. Leop. art. 3.* Quibus tandem accedit Instrumentum Pacis, cuius principium ac §. 96. Superioritatem appellant *maiestaticam*, dum iurium sublimitate explendescit per oras totius regionis, repraesentatque et summam imperii, regiamque imaginem. *BESOLD. de Maiest. S. 3. c. 1. n. 2. STAMM de Seru. pers. L. 3. c. 10. n. 37. RELFENDZO de summa Princ. Germ. pot. c. 3. CLVTEN Syll. concl. 26. lit. a. BOEKEL Disqu. Crim. 4. n. 7. f. 41. BVRGOLDENSIS P. 2. diff. 5. n. 7. SCHRADER de Feudis p. 10. S. 1. n. 33.* Et ab ipso aeuo, superioritas additamento territorialis per *Art. 5. P. W. §. 12. n. 24.* demum cepit vocari, nomine quidem aliis ideo recentior, significatione verum coeua imperio Germanico. Tantum enim abest, ut per illam additionem limites superioritatis *pax Westphalica*, nonnullis contendentibus, restrinxerit, ut potius per tot rerum monumenta supremam potestatem, iam olim territorii denominatione enitentem, omni sua integritate ac maiestate, totam stabiliuerit confirmaueritque Germaniae statibus. vid. *Ill. Dn. THOMASIVS diff. de iniusta oppos. iur. maiest. §. 4. et seq. h. lit. K.* Id mirum est, docuisse haec dicta ipsos saepius scriptores Gallos in decisionibus

bus ac consiliis, quibus inquisuerunt in diuersissimam naturam territoriorum, vel limitum potius, statum Italiae Galliaeque. V. CEPHAL *c. 418. n. 2.* LANCELLOTTVS *Gall. c. 7. n. 39.* CHOPPIN *de Ciuit. Paris. morib. L. 1. Tit. 2. p. 47.* Innuunt contenturque in *oris Latii* apposite locum sibi vindicare adstrictum territorii significatum VARRONIS, CANGII ac GOTHOFREDI, sed haud regionibus *cisalpinis* seu Germanicis. Nihilominus tamen sunt ICTI patrii, dolente LAGO *in Epist. ad KNICHIVM*, qui iis nequidem intellectis, CVIACIO *ad. L. 53. C. de Decur.* assurgunt, explicationes territoriorum viles ac maxime peregrinas ex ISIDORO *L. 19. c. 5.* ALB. GENTILI *ad L. 239. ff. d. V. S. NATTA consil. T. 1. c. 149. n. 19.* immo ex DRVSIO ad nostram Remp. transformant, obnubilantque potius *amplissimorum* territoriorum Germaniae iura, quam illustant atque facilitant. V. ANT. FABER *in Consult. ac de Ducat. Montisfer. P. 1. p. 43.* SCHOENBORN *L. 1. P. c. 12.* BESOLD *de iure rerum famil. diss. 6. c. 1.* STEINBERG *Disp. Basil. T. 5. d. de territorio.*

§. V.

Quoad indolem potentatus, ardua ipsius momenta ac magni ponderis effectus in lucem nunc debent constitui, vt praeliminari opera, cum valor ac virtus dignissimi argumenti, tum operae pretium examinandorum eius natalium, clarissime in oculos incurrant, pateantque latissime. Est namque ille potentatus *summa* (k) ea ac libera potestas imperii principum, qua gaudent pollentque ordinarie (l) per territoriorum regiones et in politicis et ecclesiasticis vniuersim. Quare vno obtutu facile ad intelligendum, facere vtramque paginam hoc in argumento iura *maiestatica.* (m) Vt pote quorum virtus ea *regalium* est directrix, quam ab auitis ac systemati imperii coaeuis temporibus cum circa *secularia,* (n) tum circa *sacra,* (o) hodieque conspicimus occupatam illibatamque.

(k) Indi-

(k) Indignantur huic conceptui aëclae scholasticae philosophiae, crepant profcinduntque flagitiis et RHETZIVM; HENNINGESIVM, ac MONZAMBANVM, quod non erubuerint summae potestatis iniicere mentionem. Fugit enim eos forma regiminis, quam induit exarscente extinctaque sobole Carolidarum; nesciunt pragmaticas historices periodos, ac inueteratis praeiudiciis nullo non tempore pugnant andabatae. Vidit eorum gerras ipse personatus RELFENDSO HEROMONTANVS *de Sum. Pr. G. Pot. c. 3. ac* KÖHNIVS *de modern. Elect. Sacr. Imp. Stat. p. 36.* immo qui ex dissentientibus sapiunt ultra vulgus, maiestati aemulam, potestatem eam dicunt definiuntque rationibus licet leuioris indaginis. vid. *Clar. Du. VITRIARIVS L. 3. T. 15. §. 4. MINGIVS de Super. concl. 7. 54.* Haud enim, superioritatem principum, summae potestati subalternam esse, efficiet vis argumenti, quo *Dn. KVLPIVS ac MONZ. c. 5. §. 28. PAC. a LAPIDE diff. II. §. vlt. p. 384. ac Exc. Du. SCHWEDERSVS I. I. P. Sp. S. c. 2. §. 3.* Status imperii subiectione feudali imperio ac caesari teneri, regeunt, vrgentque. vid. *BECMAN Med. Pol. disc. 16. p. 277.* Miscent homagium ac iuramentum fidelitatis cum iureiurando subiectionis, in haud disparem humanitatem fidemque caesaris non penetrant, et quod praecipuum est, indolem vasallorum subditorumque imperii Germanici a subditis ac beneficiariis Carolingorum nunquam dignoscunt curate. *III. THOMASIVS ad Monz. c. 5. p. 479. BVRGOLDENSIS ad. I. P. P. 1. Disc. 10. 15. p. 261. ARVMAEVS Vol. 2. Disc. acad. 26. §. 69.* Parum item ad destruendum nostrum asfertur faciet hoc, quod vrgeat ipsa vox, territorialis, superioritatem summae potentiae genus quoddam esse analogum, superioritatem simpliciter dictam, summam quidem indicante §. 74. *I. P.* notare potestatem civilem; verum additamentum ipsius, quod praedicaretur plerumque de statibus imperii, inuoluere summae potestatis diminutionem. Ut enim taceamus, quam minus apposite ex logices regulis hic facta sit mentio *analogi et potestatis summae diminutionis*; totius imaginariae differentiae fulcrum praesidiumque nititur palladio iuris Romani. Huius enim sensu, cuius *IASO in L. 3. ff. de iurisd.* parens est ac auctor, superioritas summa

mam quidem 'politicam potentiam insinuat significatque,' verum non territorialis potestas, cum territorii virtus priuatorum agrorum, inferiorumque magistratuum districtus nunquam egrediatur. Ast quid commercii nobis cum territorii vocabulo in vsu iuris Romani? Nobis et de principibus et regnis, quibus dominium viget liberum, vocabulum territorii est commune, ac in significato iuris publici Germaniae admodum excellens. vid. ZIEGLERVS de *Jur. Mai. L. 3. p. 81. L. B. a FRIESEN de Iure Pr. extra Terr. c. 1. §. 5. HIP. a LAPIDE de rat. Stat. P. 1. c. 16.* Verum est, in allegata *pacis paragrapho*, Landgraviatum Alsaciae cum omnimoda iurisdictione in regem Galliae transferri, adeoque intelligi per superioritatem, summam maiestatem; verum falsum est per superioritatem territorialem, potestatem indicari maiestate minore. Loquuntur saepius LL. publicae promiscue, citra distinctionem vtriusque termini, immo, si vera dicere velimus, doctrina haec ICtorum patriae, non tam fide ipsius pacis, cuius *art. 5. et §. 39.* in omnia diuersa abeunt, quam ipsius REINKINGII de *Reg. S. L. 1. Cl. 5. c. 3 u. 6. RVLANDI de Comiss. P. 1. L. 5. c. 5. n. 20. FVSCHII Pract. Concl. 49. n. 4. CRAVETTAE* aliorumque consiliariorum auctoritate fisa est atque stipata. *ad. Dn. HVG0 de statu reg. Germ. c. 2. n. 9.*

(1) Hinc opus non est, vt de pactis imperii ac prouinciarum commentemur fise. v. *Dn. RHETZ I. l. P. L. 2. T. 1. §. 10. PVFENDORF de stat. Germ. imp. c. 5. §. 26.* ceteri. Pertinet etiam huc *Rec. Imp. a. 1574. §. 116.* ac *Cap. Leop. A. 21.* quibus pactum caesaris continetur cum electoribus. Adeo vt citra rationem se torserit HENNINGES de *potest. imp. circa prof. cap. 7. §. 11. p. 468.* cum eis locis iuribus maiestaticis vim allatam esse sibi persuaserit. Collineant huc LIMNAEVS *T. 1. add. L. 5. c. 7. p. 544.* et *ad Cap. Max. 11. ac Carol. V. art. 9. 18. p. 423. 243.* SCHEPLITZ *ad Confus. Mirch. P. 4. Tit. 5. §. 5. n. 3.* FRITSCHIVS de *Conu. Prou. c. vlt. n. 6.*

(m) Si-

(m) Siftunt ea generatim complexum iurium superioritatis in territorii statibus competentium, quae sigillatim exprimere solemus per regalia. *ad. GAIL. de P. P. c. 16. n. 27. L. 2. Olf. 62. FVRSSTENERIVS de Supr. c. 20. p. 67.* Remouendus autem hic est cardinalis error, quo STAMLERVS ac focii eius, *iura maiestatica reseruatis caesareis* opponunt, eisque haud pauca detrahunt, vt horum classem extollant augeantque. Curate strinxit in hoc argumento calamum *Consult. Dn. GRIEBNERVS* eis opusculis, quibus ius famam restituendi concedendique veniam aetatis principibus vindicauit ex instituto. Cum namque harmonia esse debeat inter iura capitis ac membrorum, cum statuum praeiudicio nec doctrina de maiestaticis iuribus, cum relictis imperatorum perturbanda erit, iisque intempestiue contradistinguenda. Nesciunt enim hodieque Icti, quatuor reseruatorum significationibus impertinenter statuum iuribus oppositis, se quidem torquentes ac retorquentes, quae vera nota sit characteristica ipsorum relictorum, v. *KELLIVS de off. Iur. L. 2. c. 1. SLVTERVS annot. ad Hipp. p. 644. BECKER Synt. I. P. L. 2. C. 3. §. 4. BOEKLER Not. I. L. 4. c. 1. p. 531.* Tacent de ea voce leges imperii, et vnicus ad quem prouocant, locus recessuum, ipsius rei significatum dubium magis reddit quam certum. Accedit, quod ipsi cordatiores contrasentientes principiorum iuris publici pragmatici veritate conuicti, brocardico plausoribus relictorum solemni: *Iura superioritatis valere in territoriis saltem, reseruata per totum imperium: dicam nunc scripserint probauerintque axioma: Posse principes in territoriis plus quam caesarem in imperio.* Leges enim praescribunt per capitulationes, ferunt etiam prouinciales, pangunt foedera, ac eiusdem commatis multa inconsulto ac infalutato Rege peragunt, quibus solus imperator non sufficit. v. *H. EYBEN de orig. hui. dicti non ad Caesarem sed Sec. XIII. refer. c. 8. FRANTZK, L. 2. resol. 15. n. 47. KLOCK Vol. 3. conf. 402.* Et quodsi etiam recentius aeuum intueamur, vltro dispalescit ex *LONDORPIO T. V. P. 2. Act. c. 97. 101. 113. 118. seqq.* quanam difficultates in ipsis tractatibus pacis Monasteriensis inter caesareos et Galliae Sueciaeque legatos circa hanc iuris spartam intercesserint, apparuerintque. Di-

fincte de iis differuit *ITTERVS de Grad. Acad. c. 6. §. 3. 4.* et quantumvis omnes vias calcauerit, quaesiuertque rimas elabendi, filo Ariadnes nihilominus fuit destitutus, gladioque, dissecando nodo sufficienti. Pudeat certe auctores, qui dapes adposuisse sibi visi sunt, dum glandibus vescuntur, vtunturque viciosissimis cibis. Quid enim magis stomachos saniorum poterit mouere, quam communissimum, quo caesareis reseruatis capiunt succurrere, medicamen ac conclusum: Non competere imperii principibus ius legitimandi ex iure superioritatis, cum imperator absque statuum consensu imperiati legitimationem principum subditis, vel etiam quandoque ipsis statuum naturalibus liberis. Mirum, eos nec imperii proceribus ius inuestiendi de feudis territoriorum suorum denegauisse, cum solius sit caesaris, inuestire de feudo regali. Verum haud inmorabimur causae, cuius diem natalem ii primum celebrarunt, quibus volupe fuit, ex *CANI* fontibus prata Teutonica irrigare, antiquata ac noua promiscue corraderere, vetusta cum hodiernis, quadrata cum rotundis confundere, ac ex Romanorum decretis imperiique Germanici iuribus vnum chaos conflare. Quasi leges Iustinianae, quibus iurium exercitium soli Augusto vindicatur, vnquam Germanis latae fuerint, aut earum receptio in Europa territorii vnquam facta sit, ad definiendas controuersias iurium publicorum. Inconueniens est applicatio legum status antiqui, ad nouum, diuersissimum a priori. Ius enim variat secundum illius qualitatem, nec opus est tabulis, per expressas leges aut contrariam consuetudinem mutationes docentibus, sufficere desuetudo ac non vsus. Quamuis haec asserere ei omnino concoquere nequeant, qui receptium incuriosi, formulas Graecorum, Romanorumque cancellos non egrediuntur, vel imperii Romani, postquam aquilinis superatis in campis Teutonicis confedit, insignem metamorphosin nequeunt palpare vel nolunt.

(n) Hic certe non immerito quis dixerit: *Cui non cantatus hylas!* Innumeri enim in vulgus diulgati sunt *de regalibus* libri, de *potestate politica* discursus, vt si qui etiam discesserit ab *ARMÆO, BORGIO, CYNONE, EINSIDELJO, EVERHARDO,*

SCIP.

SEIP. GENTILI, MONTANO, IÖRGERIO, POLENIO, SIX-
TINO, PRVKMANNO, VNGBAVERO, ac STVCKIO, aditus
pateat ad totidem, ni plures, eiusdem commatis commentatores.
Vt eos taceamus, qui ad ventilanda vel minuenda filci iura in are-
nam descenderunt, tractaueruntque ea vel vniuersim vel sigillatim,
adeoque crocum in Ciliciam inuestasse visi sunt multis, qui farinam
a furtiue nesciunt fecernere rectumque dignoscere curuo. Nouis-
sima opera est optimum institutum *Doctiss. Dn. GRASSII, Pro-
fessoris apud Tubingenses clarissimi*, quo id sollicitate egit, vt in ar-
gumenta vulgaribus libellis neglecta, inquireretur felicitus. Nobis
otium non est, desudescere in tradendis regalium, seu stilo TACI-
TI, regni sacrorum diuisionibus, ac fusc exponere, quid ICris
sint personalia, fiscalia, transeuntia, immanentia, reseruata, com-
municata, quid primi, quid secundi ordinis regalia. Nec cura-
bimus eorum lites, qui circa longobardicum *textum 2. F. 56.* ci-
tra causam vehementer dissident, regaliumque maiorum ac mino-
rum, quae in redditibus plerumque consistunt, distinctionis funda-
mentum diruunt subuertuntque curate. v. *Ill. Dn. THOMASIVS
ad HVBERVVM L. 1. S. 3. c. 6. §. 3. lit. x. p. 91. BOCERVUS de re-
galib. a. 3. 4. c. 2.* Id saltem vellemus, vt cautius tractetur rega-
lium vocabulum, eorumque significatus e cunabulis Romanorum,
a nostris foris prorsus eliminaretur proscibereturque. Tot enim
errores hodieque supersunt in iure feudali ac publico, *de emphy-
teusi, heredium, ducum, comitumque iuribus*, quorum radix ac
origo in solis rerum in patria natarum peruersis Latinorum appel-
lationibus. Quae, cum significatus ipse toto coelo differat, di-
stetque parasangis ab eis innumeris, prudentioribus etiam imposue-
runt imponuntque facillime etiam nunc, *ad FINCKELTHAVS Con-
trou. feud. diff. 4. Tb. 1. ZIEGLER de Iur. Mai. L. 1. c. 3. §. 9.
ARNISAEVS L. 1. Doctr. Pol. c. 9.* Fallit autem LEHMANNVS
L. 2. Chr. Sp. c. 35. in eo, quod putauerit, regalium vocem post
Henricum II. demum inualuisse, cum ex diplomatibus reuincenda
huic sententiae sufficientibus satis constet, iam antea diu illud abi-
isse in usum, quo primum imperatorii filci iura subindicauit, trans-
sitque deinceps sub Itolorum auspiciis ad ipsa Germaniae territoria.

V. I. MABILLON *T. 4. Annal. p. 275.* VADIENVS *L. 1. de Monast. p. 20. Du. ab EYBEN d. l. c. 10. §. 8.* Facile tamen per superius dicta a nobis impetramus, ad stipulari eis, qui haud diuersam a significatu iurium regionum ac regalium naturam habuisse iustitias, merito contendunt, utpote quarum memiuerunt saepius chartae seculi duodecimi, caesaris praesertim Frid. I. ac Henrici Leonis. v. *Chron. Constantiense a. 1155. ap. PISTORIVM p. 427. BROWER An. Treu. L. 4. a. 1163. CHAPCAVILLE Script. Loth. T. 2. p. 107.* Quid enim mirum, et hanc appellationem ad nostras oras peruenisse, Francis admodum consuetam, iisque visitam? v. OTT. FRIS. *de gest. Frid. I. L. 2. c. 13. FABARIENSIS de cas. Mon. S. Galli c. 8. Act. Sanct. T. 6. pag. 920.* alique apud HERTIVM *de super. ac subiectione territoriali.* Verum accingimus nos ad texendam seriem syllabumque iurium regalium ac territorialium circa profana. Agmen ducat ius pacis ac belli, quod nunc insequantur, ius LL. ac statuta condendi, legibus derogandi, ius priuilegia dandi, famam restituendi, ius aggrandi, moderatoria dandi, veniam aetatis concedendi, legitimandi, magistratus constituendi, conferendi dignitates, ius asyla constituendi, nundinarum, Iudaeos recipiendi, relaxandi iuramentum, ius dispensandi, creandi tabelliones, Dd. notarios, ius feriarum ac fastas nobilitandi, ius ordinationes politicas faciendi, monetae cudendae, ponderum, mensurarum, ius exercituum, pretia rerum constituendi, ius archiui, sequelae, delectuum, hospitium, metationum, praesidii, extruendi fortalitia, munimenta, armamentaria ordinandi, visitationum prouincialium, armandiarum, induciarum, commerciorum, palatiorum, repressaliarum, comitorum, dandae ciuitatis, foederum, legatos mittendi, tribunalia erigendi, homagii, vasallagii, regale viarum publicarum, ripatica exigendi, ius fluminum, marium, pontium et pontonum, ripaticum, teloniorum, paedagiorum, ancoragiorum, ius conducendi, ius argentariarum, imponendi tributa, fodinarum, fructuum metallicorum, ius circa thesauros, circa mineralia, ius ad espota quaecumque occupandi, ius forestale, syluaticum, banni ferini, venan-

venandi, iura fiscalia, collectarum, gabellarum, census emigratio-
nis ac detractionis, angariarum et parangariarum, ius postarum et
curfus publici, decimarum, ius stapulae, geranii, grutiae, sali-
narum, albergarii, aperturae, monopolia permittendi et prohi-
bendi, ius conferendi insignia, caetera. Sunt omnia haec efflu-
via potentatus, cuius radii non magis quam in maiestatum iuribus
exferunt virtutis splendorem ac praeeminentiam. Et haec ipsa cer-
te intemperantiae sectatorum audaciam debuisset restringere, qui
verentur nullatenus subditis per praescriptionem in iura bonaque
principum ius vindicare perfectum. v. ZANGER *de Exc. P. 3. c. 10.*
HAHN ac RAODIVS *de praescript. bon. Pr. p. 13. n.* BERLICH
2. concl. 8. n. 14. PRVKMANN *de regalib. P. 1. c. 4. m. 2. n. 111.*
eff. 7. Coryphaeum eorum recte vocaueris ANDR. OCKELIVM,
virum ceteroqui laudatissimum, cuius rigor in regalium praescri-
ptione sat crassus, nequidem ipsis domanialibus bonis principum
indulset privilegium. Cogitent eius, aequae ac FRANC. STV-
CKARDI, WERLHOFII, CARPZOVII, SCHNEIDEWINI, I. V.
BECHMANNI, FINCKELTHYSII, MEVII, aliorumque satelli-
tes, quam inconcinna, cum in publici iuris argumentis, tum no-
stro maxime, singula sint praescriptionis momenta. v. L. B. F.
SCHENCK *Virid. Cond. T. 1. concl. 30.* H. PISTORIVS *L. 2. qu.*
40. n. 41. 42. qu. 46. n. 22. Consultiss. Dn. I. W. DIETMARVS
diff. de dominio iurisd. mediat. §. 20. seqq. Est eis omnino locus
in causis rerum hominumque priuatorum, ne ciues inertia torpe-
ant, ne lites sint periculosae, difficiles, multiplices, ac ne proba-
tionis argumenta, rerumque dominia temporum incertorum aeru-
gine obruantur; CHOPINVS *de Doman. Franc. L. 3. tit. 10. F. a*
SANDE in Consuet. Geldr. Feud. Tr. 2. c. 4. Verum quis subdi-
torum, accusabit principes ignaviae? quis poenam, vbi ius coer-
cendi deficit, irrogabit superiori, cuius actus non sunt priuatis
aemuli? Superiori, repetimus, cui leges subiectae sunt, qui vin-
culo iurium civili solutus, qui aliis leges dicit, bonis subditisque
imperat ex potestatis, dominiique, etiam eminentis, ac legum fe-
rendarum plenitudine? v. Dn. KRESSIVS *eleg. disp. de iure sum.*
Ini. sum. c. 4. pag. 33. SCHRADER *de feud. P. 4. c. 1. 3. n. 30.*

T. PAVRMEIST. a KOCHSTED, *de Iurisd. L. 1. cap. 23. n. 28.*
 SVTHOLD *disp. 6. Tb. 13.* Adferant quæso possessorii bonaque
 fidei patrociniū, ostendant syllabum iurium subditis concessio-
 rum, vt pars aduersa tela eorum extimescat. Nullis opus est prin-
 cipibus exceptionibus, nullis restitutionibus, cum subditi ea ca-
 reant facultate, qua possent mouere actiones. Ipso Romanorum
 iudicio in fundis limitrophis, multo magis in integris prouinciis
 tituli praescriptionum exularunt, quidni iudicio Germanorum?
 Nec ambiguos nos reddit anile terriculamentum, immemorialis
 praescriptio, qua, quod cum longissima efficere non possunt, cer-
 to opinantur capessere ac impetrare. Hanc enim qui adlegant,
 alienissimi sunt a rationibus iuris Romani, ac legum occasionibus
 causisque, quarum ignorantia prima certe origo, quod signentis
 ac glaucomatibus pluribus oculos obducant, polluantque idolis pe-
 regrinis sacraria iurium Germanicorum. Inter tot incantamenta
 Icthorum, exempli instar esset barbarus in donationibus adhexus ac-
 ceptionis in foris communissimae, ni cerebrinum ipsius praescri-
 ptionis tegumentum naeniarum sufficiens documentum. Fallunt
 enim omnino ii, qui leges POMPONII, SGAEVOLAE, VLPIANI,
 PAVLI etc. circa hoc argumentum in scenam producant, earum-
 que vi satagunt, praeferre longissimi temporis praescriptioni imme-
 morialem. v. BACHOV. *ad Treuil. Voi. 2. disp. 23. Tb. 4.* FA-
 CHIN. *8. Contr. 3. 23.* Vbi namque sunt Romani ista immemoria-
 li in rebus modo leuissimi momenti, vbi operae pretium non fuit,
 tempus probare praescriptionibus, longis et longissimis destinatum,
 sed vbi satis esse visum fuit, non extitisse memoriam contrarii.
 Quod cum tempore vnus vel alterius mensis potuerit euenire, in-
 conueniens esset, praescriptione immemoriali iura reip. delere,
 quae non nisi longissima possunt amitti. Absonum est, affingere
 Romanis, quod res ipsas pro diuersis earum rationibus, decem,
 viginti, vel triginta annis praescripserint, rerum seruitutes vero,
 magis ardua immemoriali. Quasi facilius esset, rem omnem amit-
 tere, quam rei partem modumque. Vt taceam, Romanos Ictos
 maiorem in legibus vim tribuisse possessioni quam tempori. Pro-
 fus autem in propria viscera saeuunt, qui ad occultam qualitatem
 capi-

capituli 26. §. 10. de VS. se conferunt recipiuntque, vt egregium iurisprudentiae papizantis edant specimen. Vt enim hic non vtgeamus, a papae rescriptis iura principum non pendere, nec illud asseramus, facile eo tempore Innocentium III. Principibus imperantem, de alienis potuisse subditis Gallis concedere regalia; abunde alibi, ex notabili historia nimirum ipsius capituli, quam supeditat GVIL. CATEL dans l'histoire de Toulouse L. 2. ad a. 1200. p. 260. constat probaturque, quod rescriptum papae in personam comitis a pacto resiliens, solum conceptum fuerit, non in alios. Nec de amissione regalium, sed acquisitione eorum mentionem iniecit pontifex, cuius praeterea animus hic non fuit, ea quae longissimi temporis praescriptione amitti haud possunt, extinguere praescriptione immemoriali. v. Dn. a LVDEWIG de Ciuit. disp. nex. cum S. R. I. c. 6. §. 31. Piget, vltierius his immorari, nouisque naeniis, quas canere solent ex R. I. a. 1548. §§. Und soll, wann auch, wo aber, nos immittere, cum rationem inspicienti factis clarum sit, eorum verba non pertinere ad praescriptionem subditorum contra principes, sed ad pacta summorum imperantium, iunctorum foedere inaequali.

(o) Fumum hic vendunt I. W. DECKHERVS, I. STOLTEIVS, OEHMIVS, ac tenebrio, qui RITTMÉRIANAE veritati rationculas suas opposuit. Flagitiis, cauillationibus pugnant quaeruntque cuniculos, non rationibus ac argumentis, perinde vti incedere suerunt Iesuitae ac pontificii. v. Dn. M. SCHMEITZEL eleg. opusc. de Elect. Sax. Iohanne Constant. §. 1. Nouam sibi ex ecclesia rempublicam effinxerunt, damnaueruntque haeretificationis causam, doctrinam, qua sacrorum iura ex potentatu principum deducenda esse asserimus, ac ab immani pontificum ac ecclesiasticorum saeuicia vindicamus. v. CHERVBINI Magn. Bullar. T. 2. p. 303. BARONIVS T. X. an. 870. p. 446. AVB. MIRAEVS de politia ecclesiast. p. 31. HIER. GARZIAS de polit. ecclesiast. regul. et secul. p. 22. Licet enim iam suo aeuo dixerit episcopus MILEVITANVS, ecclesiam esse in republica constitutam ac imperio destitutam, munus episcoporum in docendo, monendo, virtutis non

potentiae effectibus, consistere; nunc tamen ipsius fratres seculi recentioris ad regimen fidelius aspirant, ius cogendi puniendique in regno sacerdotali vrgent, ac quod vetustis ac purioribus seculis prorsus incognitum fuit, ex capite seculari in spiritualibus exsculpunt brachium saltem ecclesiasticum, v. *Dn. de COCCEII I. P. S. l. c. 18. Dn. I. C. BESELIN* duci Megapolit. olim a consiliis se-
cretioribus opusc. de iure sacro c. 1. §. 3. BERNHARDVS de con-
sideratione L. 4. DV PIN Disc. Eccles. Diss. 2. c. 2. p. 373. p. 173.
223. 325. 28. 33. Dn. IOA. P. KRESSIVS, Vir Celeberrimus, de pe-
do et reg. episcop. ac capit. c. 2. § 15. Horum enim praesules ipsi
se vendidant, et ne respublica eorum ac maiestas apostolica a Con-
stantino M. ac Valentiniano maxime commendata, forma careat ac
charactere ecclesiastico, ad aristocratiam, si alias monarchiae ac
promonarchiae *NIC. SANDERI, ANTONII de ROSELLIS, et*
NIC. COEFFETANI valedixerint, maiculae defendendam animos
ebullientes, contra ipsum *S. formulae August. articulum 28.* accin-
gunt ac admouent. v. *M. COLERVS not. consil. 35 n. 124. ad f.*
FR. TOLETVS Instruct. Sacerd. L. 4. c. 3. GVERRERVS de Iu-
ribus Pont. cap. 2. § 2. KITZEL de matrim. c. 10. 1b. 8. GISB.
VOETIVS P. 1. Pol. Eccles. L. 1. Tr. 2. c. 5. qu. 5. GOEDDAEVS
Vol. 4. Conf. Marp. c. 50. n. 46. Peculiarem sibi imaginantur rem-
publicam a ciuili distinctam, *biceps* iis est status imperii, haud in-
certo argumento, *simplicis* ac communis sensus vsum apud eos
nunc cepisse pedetentim deficere. Quis enim ex regulis sanae
rationis, quas sequimur in iuribus sacrorum, statum in statu de-
fenderit, indulseritque citra chimaeras separatum regnum ecclesiis,
quae vti aliae societates subliunt regimini temporali ac superiori,
cum scriptura sacra *quemcunque*, etiam episcopos reuerendos, sub-
iecerit dilerte magistratibus, *ad. ERN. COTHMANNVS Curiae*
Mecklenburgenfis quondam cancellarius, Consil. Vol. 4. resp. 33. n. 39.
GYLMANNVS Vol. 2. dec. 59. n. 63. MEVIUS P. 2. Dec. 305. n.
17. P. 6. D. 260. n. 30. Sine laude hic nominandus non est *theolo-*
gus famigeratissimus PFAFFIVS, qui in *origimb* ecclesiasticis non
frustra in hanc spartam operam impendit, ac intimioribus rationi-
bus ac argumentis iura ecclesiae in lucem constituit exposuitque
distin-

distinctim, multa vt nunc intelligantur penitius, plura certius. Egregie quoque *Cl. CLERICO iudice T. 10. Bibl. Choif. pag. 305.* duplicis potestatis idolum diruit eliminavitque a foris protestantium auctor elegantis scripti anglici: *The Rights of the Christian Church.* Nostrium institutum non fert, prolixè inquirere in contentiones ac periodum, quam MARCA occupavit, *regni ac sacerdotii*, aequè ac in historiam factorum, quae facta sunt sacrorum iura, iam *inprimis* a seculo V. ad XII. ac sequentia vsque, litium fomitibus vbique in dies magis exandescentibus. Qua quidem ei, qui *de libertate ecclesiarum* scripserunt, extinguere allaborarunt, sed saltem intuitu tyrannidis ipsius pontificis. v. PAALO *dans les droits des souverains T. 2. p. 31.* RAGISSART *de l'autorité du Pape Vol. 2. pag. 56.* BLONDELLVS *Schol. ad Grot. de Imp. sum. pot. circa sacra C. 2. §. 3. Du.* KESTNERVS *de Iur. Pr. circa Sacra. c. 1. §. 11.* Vtinam in magis ardua huius scenae, qua principum causa agitur sigillatim, mentes defixissent sollicitius FALCKNERVS, APOLLONIVS, HEIDINGERVS, IAEGERS, IRVINVS, STÖSSERS, TRIGLANDIVS, DORSCHAEVS, SYRLINGIVS, PRVINAS, nec a regia deflexissent tam aperte. v. *Dn. RECHENBERG diff. hist. pol. de totatu Hildebr. P. 2. p. 433. Exc. Dn. REINHARD eleg. medit. de iure princ. Germ. circa sacra ante temp. ref. exercito C. 2. 3.* Nobis in vestibulo causae hoc primum curae, vt euitemus, innuente haud obscure ipso ANT. DE DOMINIS *de rep. eccles. 1. 2. p. 35.* arcana politici papatus, quae delitescunt in fermento distincti regiminis secularis et ecclesiastici. ad. CHARRON *hist. vniuers. c. 135. p. 1009.* CARRIERE *Hist. Chron. pont. p. 441.* Non vna vice tamen integris libris hoc incantamento imposuerunt lectoribus I. FLOYDIVS, LIBENTHALIVS, SAM. PARKERS, REINKINGIVS, TABOR, AGOBARDI, CAMPANELLA, FVSCVS, GEBHARDVS s. WESENERVS, FRAGOSI, et sponte ideo prolapsi sunt in decantatam charybdim potestatis internae ac externae. Hanc tribuunt circa sacra eorumque cultum superiori, illam ei auferunt, offeruntque sanctioribus cleris, detortis misere dictis: *Date caesari date Deo!* Pallium hic habent, sub quo summitatem pontificialem occultent; haeretificinam, qua sententias ac varias

veritates ERASTI, WALLAEI, VEDELIJ, BROVNIJ, REVII ac MOLINAEI diuerfis regionibus in hoc argumento restrinxerunt, improbe exerceant; nouas causas pseudo-spirituales ad augenda potestatis pomaeria excludant, deglutiantque exercitio regiminis ecclesiastici, quod in diffidijs seculari potestati non cedit, ipsum externum, principibus tantummodo concessum imperium. v. ARNOLDVS *H. E. L. 12. c. 5. §. 2.* FABER *Cod. Sabaud. L. 1. T. 1.* BURNET *Hist. ref. Angl. L. 2. p. 206. seqq.* LEIDECKE-
RVS ad HORNII *Hist. Eccl. p. 429.* HORNBECK *sum. controu. p. 785. 89.* Vt autem huic doctrinae de parallelismo duarum potestatum ac duplicis gladii in republica christiana, in subalternationem ac totalem papitum necessario degeneranti, obuiam eamus, iura sacrorum ad partem ciuilibus potestatis ac iuris territorij ordinarii, vti quidem non recte perspexit Dn. STRYKIVS *de iur. pag. c. 1. §. 11.* omnino referimus cum Ill. ac exc. Dn. LVD. HOGONE *de statu reg. G. cap. 3. §. 28. imperioque episcoporum ac paparum* prorsus habenas abscindimus. v. *P. O. art. 5. §. 30. 48. art. 8. §. 1.* Cum enim summa imperantium potestas, quam si sustuleris, religionem tolles, tolles concordiae ac reip. vinculum, per totam rempublicam, cum in ciuium actiones sigillatim, tum vniuersim in coerus particulares, collegia ac societates sese diffundat, dubitandum non est, principi competere vigore potentatus, circa ecclesiastica summam iuris dicendi facultatem, verum non episcopis suprematu certe destitutis. v. I. W. IAEGERS *de Concord. Sac. et Imp. c. 4.* Ast hic sequestranda est doctrina, qua principibus secularibus, in ecclesiasticis potestatem pastoraalem ac imperium sacrum sensu iuris canonici vulgo attribuit, ius *episcopale*, vel vt maior ipsi patrono malae fidei possessorum habeatur reuerentia, *papale* ipsis adscribit, panditque etiam in nostris curiis viam hierarchiae, qua episcopi ac pontifices sub Henrico praesertim quarto per inuestituram episcopatum, ecclesias seculari potestate exemerunt, sibi que vindicarunt iura sacrorum sublimia. Ex putidis enim fontibus ac primis falsis, principem ecclesiasticis qua episcopum saltem praeesse, deducere satagunt molianturque. Cum iura clericis cetera propria adscribant, ea ex iuris canonici doctrinis euoluunt, et ipsis princi-

principibus potestatem ecclesiasticam non haereditario, sed fiducia-
rio, depositi ac vsusfructus iure, interimistice quasi collatam esse
philosophentur allucinenturque insulse. *ad. BECKER I. P. L. 2.*
c. 3. n. 8. LEIBNITZ Mantif. C. Iur. G. n. 168. Cl. BENTHEIM
de Regim. Angl. Eccl. p. 338. Absit crassissimis istis ratiociniis iustif-
sima principum summitati officere ac iurisprudentiae huic *CARP-*
ZOVII I. Conf. L. 1. def. 1. n. 24. STEPHANI de Iurisd. L. 2.
P. 1. C. 7. n. 472. HAVEMANNI de Iur. Ep. T. 4. TEXTORIS
de Iur. Ep. in Terr. Prot. §. 20. seqq. perperam indulgere, super-
stitutioni falsisque conclusionibus ac cauillationibus pontificiis suppe-
ditare calcar et ansam. Quam enim absouum est, imperium epi-
scopale eruere e sacris literis, ac vel ex veteri foedere, vel ab apo-
stolis, quibus se supares esse opinantur, repetere, qui tamen
ipsi plurimis fatentur locis, quod ius domini haud faciat perti-
neatque ad catechesin ecclesiasticorum. *V. L. B. a SCHRÖDER disqu.*
pol. de absol. iure princ. p. 118. seq. C. F. BVDDEI disqu. fundam.
suprem. pot. in Eccles. c. 2. PELUSIOTA L. 3. Ep. 216. FR. FLO-
RENTIS Op. Iurid. T. 2. ad c. n. qu. 1. CYPRIANVS Ep. 67.
p. 172. CHRYSOSTOMVS in Act. hom. 2. L. 2. de Sacerd. cap. 3.
Scripsimus supra, contrariari sanae rationi, principem subiuere
subditis, quis autem putauerit vnquam, diuina decreta hic aduer-
sari sensui connato? Sunt quidem, fateor, qui cum *NAZIAN-*
ZENO Or. 2. f. 26. ceu pro aris ac focus militant pro hermeneu-
tica, a nostris assertis saepius recedente, patrum ac theologorum,
qui veram pietatem in *speculationibus* mysteriorum, quae tamen
captum humanum *transcendunt*, ponunt potius, quam in *volunta-*
tis emendatione ac vita inculpata; Verum haec auctoritas parum
nos mouet, praesertim si palpabiliter doceri possit, sub expositio-
nibus eorum delituisse inuolucrum arcani domini clericalis ponti-
ficii. Dein, quam lubricum est eiusdem iuris fulcrum ac funda-
mentum, quod adstruunt ex *clauium iure collato*, quod intuen-
tur plerique, dicente *HIERONYMO*, pharisaeorum supercilio.
Notent, ex hac doctrina ac instituto diuino non dependere ex-
communicationis virtutem, sed ex disciplina aequali confoederata
in primaeuis coetibus omnino necessaria. Ea constitit in eiectione
impio-

impiorum ac poenitentia publica, sed totius concionis accedente consensu. Frustra enim quis tunc quaesuerit minorem, ut aiunt, excommunicationem, quippe cuius cunabula non excedunt aetatem ipsius tribunalis auricularis confessionis, architecto Innocentio. V. ESPEN P. 3. I. E. T. 11. c. 3. MARESIVS in *system. loc.* 16. §. 79. SELDENVS de *Synedriis Ebr.* L. 1. C. 6. 9. Adeo ut circa hanc alteramue, si respicimus modernam, quam cupiunt praescribuntque methodum, nobis probatum videatur paradoxon: *Cleros pro excommunicatis venditare non excommunicatos.* i. e. ecclesiae siue fidelium laicorum suffragio haud exclusos. Male praeterea succurrunt dominatui, iure, quod vrgent, *soluendi ligandique.* V. NIEMEIER de *discipl. eccles. diss.* 1. §. 18. CYPRIANVS de *lapsis* p. 129. Tantum enim abest, ut hoc ius retinenda peccata puniendique, potestatem eis elargiatur, ut potius terminis Iudaeorum, prohibendi illicita ac permittendi legitima facultatem iis imperiatur indulgeatque, ut prolixè euincunt DALLAVS de *conf. aur.* L. 1. c. 5. p. 25. LIGHYFOOT *Hor. hebr.* p. 377. BASNAGE *Hist. Iud.* L. 5. C. S. pag. 567. VITRINGA *Synag. vet.* L. 3. P. 1. c. 10. p. 754. Nec ferunt eis supplicias verba: *si tibi sicut Ethnicus*; cum correptionis saltem fraternae ac tentandae circa litigia transactionis admoneant, innuantque alibi loca, ethnicos ac paganos iudaeis exosos a fulmine excommunicationis fuisse securos. Sicuti, τὸ tradere satanae, nec eorum iniquitati poterit inferuire, cum ultra singularem virtutem apostolicam de immisiss tormentis in corpus incestuosi, eius significatus haud progrediatur. V. BASNAGE *An. Eccl.* T. 3. d. 3. §. 3. p. 841. Ms. EVEILLON de *Excom. et monitor.* c. 2. art. 2. p. 48. Quodsi vero pateat, excreuisse aliquando per tot synodos prouinciales institutas, conuenientibus nimirum ipsis caesaribus ac principibus, episcoporum auctoritatem; vbique tamen aderunt documenta, exulasse in ecclesiis, iurisdictionem eorum clericalem circa diuiniora summam ac originariam. Ill. Du BOEHMER *patronus meus ac doctor maxime aduenerandus Obs. ad P. de MARGA* L. 4. c. 2. *Obs.* 2. L. 5. c. 3. c. 7. *Obs.* 10. c. 1. 4. O. 12. CANISIVS *Ant. Lect. Lect.* T. 2. p. 449. Id enim infra palpabiliter dabimus demonstratum comprobata-

probarumque, quod episcopi in territoriis clausis ac antiquis, de quibus edisseremus paragrapho 23. a principibus regionum supremis fuerint inuestiti, nutu ipsorum adstricti, subiectique illorum arbitrati, iussu, ac potestate. Adeo, vt merito censuram mereantur, qui episcopum ac sacerdotem ex principe efformant, illumque totius ecclesiae, vt aiunt, presbyterio inferiorem, consistorii cynosurae subiiciunt perfricte. v. *Exc. BOEHMERVS T. E. P. L. 1. p. 605. 39. MYLERS Gamol. c. 18. §. 8. f.* Notabile illudque vnicum hic saltem adferimus exemplum, cuius meminit HELMOLDVS *Chron. Slau. L. 1. c. 69. n. 8. c. 70. 73. 80. 87. §. 12.* Etiam si enim in omnibus prouinciis, praecipue in Baüaria ac Sueuia arguant probentque nostrorum assertorum veritatem patrii iuris rationes; sigillatim tamen, teste STERONE, in *Mecklenburgensi ducatu* ante ipsum *Henricum Leonem*, aetate illius ac eius post facta inprimis occurrunt offeruntque sese clarissimae ac euidentes, cleris nunquam, nisi inepte, *Chronico Lubecensi MSS.* inuente, circa *ducale sacerdotium* excipientibus. v. *CHYTRAEVS L. 31. Sax. p. 953. BRVSCH. de Ep. G. c. 1. Chron. Slau. LINDENBROGII a. 1154. p. 255. CHRONOGRAPHVS SAXO p. 306. ALB. STADENSIS p. 191. a. 1160. 63. Chron. Stederburgense ap. MEIBOM. T. 1. p. 434. T. 3. p. 345.* Diserte nimirum adstruit HELMOLDVS, quod *Henricus Leo, qui terras Megapolitanas occupatas militibus possidendas distribuit restituitque originario iure, ac omnimoda, qua iis imperauit, potestate, auitis possessoribus in colloquio habito cum Vicelino, qui per virgam ab eo susceperat inuestituram, asseruerit; competere sibi hereditario iure in episcopos dominium, maxime etiam in terris clypeo occupatis, ac a sola ducum auctoritate pendentibus.* v. *LEIBNITZ T. 3. R. B. cap. 31. p. 82. HELMOLDVS L. 1. c. 88. n. 9. p. 612. L. 2. c. 14. CH. NOOD et Doctissi. Dn. STRUBE de Orig. nob. Germ. p. 68. ad. 10. MEYRSIVS cont. hist. Dan. p. 12. et §. pen. h.* Comprobat illud assertum diploma ac mandatam ipsius *Henrici* ducale de a. 1176. ex codice membranaceo ab *Exc. Dn. BOEHMERO* typis exscriptum, imo ipsa caesarea charta ap. *MADERVM Ant. Br. p. 121. §. 12. ac pag. 112. 234. 261.* magis illud corroborat, quam destituit certitudine ac

ratione. Vti enim iam *Clar. PFEFFINGERVS*, Vir laboriosissimus, ac de orbe litteratorum immortaliter meritis, *ὧς ἐν πνεύματι* quidem obseruauit, opus non fuerat diplomate imperatoris, nisi temporis ac prudentiae rationes *Henrico Leoni, Sclauiae belli iure domino*, ac tunc quidem temporis *Friderici I. amico*, persuasissent suppeditassentque occasionem, ad euitandum Metropolitanorum *Bremensium* suasu iam antea imminentem renixum clericalium, vocem imperatoris negotii facilitandi causa requirere ac impetrare. Et quid haec igitur? Illud confirmat, quod supra posuimus, his disertis: *Quod potestas in episcopos, inuestitura, ac ceterarum facultates, sint IVRIS REGII*, competantque principibus *iure ordinario ac territoriali*. v. *Chron. Montis Sereni. ad a. 1159. ap. SAGITTARIUM. Hist. Ant. Vrb. Bard. pag. 195. EVERMOTVS Chron. Ep. Ald. p. 163. CRVMEDYCKIUS Chron. Ep. Lub. p. 349. DANCKWERT Chron. Holf. P. 3. cap. 8. pag. 224. BVGELINVS Germ. Sacr. P. 1. p. 53.* Nolumus hic fusius specialioribus iuribus, quibus procerum maiestas effulget, causae patrocinari, cum in procliui sit, ipsos etiam episcopos, qui ante reformationem potestatis culmen adscenderint, vix vnciam potentiae propter tot reueruatos casus, in sacris expleuisse, sed dependenti aut limitato modo pontificis egisse mancipes. Vt ergo mirandum sit, imposuisse Ictis in P. R. ac *Monasteriensi, suspensam* Ictionem ecclesiasticam, adeo vt haud erubuerint confiteri, Principem ad interim saltem, ac cumulatiue tamen, saluo concursu sacri ministerii, nunc accepisse iura clericalia, adeoque illum antistitem euangelicum, seu princeps ecclesiae membrum in diuinius modo repraesentare. Quos putidos errores ac haereses pontificias, ex ignorantia originis potentatus sanctioris ortas, etiamsi cum per transennam, tum plena manu excusserint confutauerint *P. MULLERVS de Iur. Episcop. praetensa reuulsc. S. 1. c. 2. §. vlt. S. 2. c. 2. HENNINGSES Med. ad I. P. p. 709. sep. BERGERVS Oecon. Iur. L. 2. T. 2. §. 2. TITIVS Iur. priu. Leg. §. 20. STRAVCHIUS diff. de statut. a summ. Principe §. 20. HORNIVS Iur. P. C. 89. §. 3.* inconcinno tamen hodieque vti non solum malunt plerique vocabulo iuris episcopalis; verum etiam speciebus ipsius, ordinis nimirum, dioce-

dioceseos, iurisdictionis et dignitatis ecclesiasticae facultatibus, episcopis dependenter tributis, vniuersum ius maiestaticum ecclesiasticum imperii procerum includere ac inuoluere. Non defuerunt, qui ideo ius sacrorum a iure episcopali distinguere, eiusque calculos circa cultum diuinum externum, personas cultui destinatas, ac res ad eum necessarias, sollicitè enumerare ac interpretari allaborarunt. At quid opus est, iura episcopalia in cathedris ac foris retinere, iisdemque propter limites consistoriis constitutos iura sacrorum subordinare, cum ius illud sublime sacrorum, quod principes a nullo recognoscunt, omnia illa suo ambitu complectatur, quae cum in diuinis, vi regiminis politici ac territorialis illi praecipiant peraguntque, tum in consistoriis, delegata aliis potestate. Eandem etiam virgulam merentur ii, qui, cum viderint infinitis parafangis principum ac episcoporum facultates circa actus sacrorum ac religionis inuicem distare, neruos intendere non destiterunt, separandi *Idionem ecclesiasticam a iure sacrorum, causas priuatas et iudicarias a publicis, iura sacrorum a iure circa sacra.* Vt taceamus ceteras distinctiones ac inutiles fallentias. Id largiri debent *Idi* aliis emunitiones, ex natura potentatus territorialis *sacri* et ecclesiastici, vindicanda esse principibus prono alueo effluentia iura circa sacra, et priuatiue quidem citra confluxum ministerii ac vrbis, consistoriique necessitatem. V. PVENDORF *Introd. ad Histor. c. 12. §. 5. seqq.* Inde diutius non titubamus ipsis principibus *euangelicis* adserere ius condendi ac abrogandi iura ecclesiastica, ius summae aduocatae in ecclesias, ius reformandi, synodos cogendi, concilia congregandi, symbola edendi, corrigendi, ius dioecesanum exercendi, exorcismum imaginarium abrogandi, dignitates et beneficia ecclesiastica conferendi, iura patronatus, ius circa capitula, ius circa conscientiam dubiam, ius primarum precum, regalarum, annatarum, mensium, iura cathedralitici ac praestationum, ius inquirendi in veritatem religionis, ius ei prospiciendi, religionem nouandi, ecclesiam aulicam, fidei, quam fouet, conformem, tunc instituendi, subditos credendorum formulis per art. 7. I. P. citra potestatem coactiuam adplicandi, ferias indicendi, liturgiam ordinandi, adiaphora, quae vocant ritus

circa externum cultum, abrogandi, consistoria ecclesiastica constituendi, episcopos ac sacrorum ministros remouendi, elenchi ac epanorthosis perperam consuetae tractationem, seu iniquitatis mysterium, a cathedris proscribendi, ius bona vtiliter secularisandi, ius visitandi, ius erigendi scholas, ius coemeteriorum, sepulcrarum, ordinandi res ecclesiasticas, prohibendi controuersias ecclesiasticas, ius protegendi, tolerandi Iudaeos, dissentientes, haereticos, ius dispensandi, ius subditos quoscunque collectandi, suppressimendi publicae pacis causa schismata et sectas, silentium imponendi inter se pugnantibus, citra appellationem lites finiendi, ceteraque, quae reliqua sunt, iura exercendi adplicandique ex omnimodae potestatis originariae plenitudine. Caueant tamen omnino principes, ne intellectui ac rationi humanae, vi brocardici ob ipsa recentiora demum incunabula omnino remouendi: *cuius regio, illius religio*: vim inferant praescribantque leges; caueant ne nouis fidei formulis, confessionibus, persecutionibus, compulsionibus, poenis, colloquiis, ac religionum iuramentis, subditos ac dissentientes dubitationibus, superstitioni metuique mancipent, laborentque decretis suis ac decisis, litibus de credendi articulis limites praefigere. Et denique caueant, ne anni per pacis instrumentum sanciti *decretorii* fines, circa actus religionis *inter protestantes et catholicos* transiliant, pacis externae felicitati officiant, fini ecclesiarum abusu iurium contrarientur, defungenturque officiis suis circa ipsorum ecclesiarum administratorum subsidia, instar vitricorum. v. Ill. Du. THOMASIVS *de officio Princ. circa ang. Salar. Eccl. c. 1. §. 20.* BVCKISCH *ad l. P. a. 36. O. 99.* CRANIUS et SYRINGIVS *de pac. vel. P. 2. probl. 1. §. 38.* Hi autem, qui *uniuersim* nostram doctrinam armis doctrinae systematicae vel positivae contundere student, ac leuibus anguillis similibus ratiunculis annuntur demonstrare, istis nullatenus competere facultatem in huius doctrinae messem theologicam ac hoc ecclesiasticorum forum falcem immittere operamque collocare; velint, rogamus, veritatis studio originem ordinis theologici paulo distinctius ex LAVNOIO repetere ac tum saltem, ut experiantur, num plus num minus facultatibus suis indulerint, inire conflictum.

ac pugnam. v. Ill. Dn. THOMASIVS *disp. de Iur. aggr. circa homicid. C. 1. §. 14.* Dn. STRYKIVS *de Reliqu. sacr. in matrim. C. 1. in. Exc.* BRENNSEIENSIS *Diff. de Iur. Eu. Pr. in Controv. Theol. p. 76. 93.* ac Doctiss. Dn. PERTSCH, *praefatione nouissimi elegantis tractatus de iure clauium.* Haec tantum adlicimus, quod prudentiores ecclesiastici iam monuerint, impegisse eos in canones rectae rationis, qui veritatis cognitionem ad regulas opificiorum ac finium agrestium adstrinxerint, iurisconsultis, qui causas ac doctrinas theologicas, secundum principia genuina *historica, moralia, rationalia*, maxime insulas, et reliquiarum instar e pontificiorum sacrariis retentas, vel sanctiori quidem colore incrustatas, euidenter veris rationibus confutauerunt, ex zelo praetense diuino, auctoritatis humanae bellum indixerint, nec potius maluerint perferre, vt a fermento in dies purgarentur peruersorum dogmatum tegumenta, vt contra HORNII ac nouissimum ELSWICHII institutum, in historia iurium sacrorum ducis Sueviae Burchardi §. 19. nonnullis exemplis dabimus comprobatum. vid. Ill. Dn. BOEHMER *Obs. ad P. de MARCÀ diff. de C. S. et I. diff. praeliminari.* Innuunt ideo sacra et spiritalia non cadere sub interpretationes secularium, hos legere nunc quidem, sed non intelligere diuiniora, adeoque hic eos oportere palmam porrigere cleris, eorumque spiritum exosculari. Perinde vt crassissimorum formalis papatus dogmatum mancipia profitebantur, debebantque asserere ante LUTHERVM, *Phosphorum ecclesiarum repurgatarum.* Cum vero hic saepius e diametro opposuerit doctrinas suas nostris contrasententibus, is quoque ab ipsis splendido *Angeli apocalyptici*, qui omni veritate per omnes oras volauerit, elogio fuerit insignitus; euidenter satis se accusant inconsiderantiae, animique reddunt reos interperantis. Cum enim optimum reformatorem ab omnibus maculis alias absoluant, criminis poenis ac anathemate dignos eos omnino existiment, qui in eius verba ac sententias non iurent strictissime; cur, quaeſo, nunc ipsi *γνησιως* mingunt peccantque in manes reuerendi atque viri angelici? Immo, etiamsi praetendant fatagantque sacrorum iura vindicare *heroica virtute* CHRYSOSTOMI stipati, foris clericalibus ac ecclesiis; haud tamen expungent titulos

iurium sacrorum in codice, interpretibus Icti protestantium nunc demandatos ac relinquendos. Gaudent Icti, si theologorum vel medicorum quis faces addiderit doctrinis iuris ecclesiastici ac ciuilibus; verum ecclesiastici, pontificiis praesertim aemuli, denegant secularibus genuinum rationis vsum in sacris, quae tamen iusta et iniusta intuitu *futurae felicitatis ac salutis* non spectant, adeoque nequidem, nisi ex pseudo-spirituale argumento, ad forum theologorum possunt restringi; et praeter haec nihilominus ipsi spirituales quasi Icti magis in regiminis temporalis campum exspatiantur, quam Icti veri ac ciuiles in adita sanctiora. Quodsi enim ipsi constreantur, esse ipsis negotium cum rebus fidei, quae intellectui a pontificiis praecipue vindicatur, ac praeparandis animis ad salutem futuram; nescio, qua ratione cum dictis conspiret, nomine non solum sed et officio, negotiis secularium a consiliis perfungi, libros de *satisfactione, testamentis, mercedibus, fideiussionibus*, typis exscribere, ac vti CALOVIVS, odio haereticorum mirifice impletus, WEBERVS, ac HAVEMANNVS, ad P.R. et iura episcopalia commentari. Cum tamen in aeterno seculo haud sint futuri *pacificatores ac episcopi*. Ni crediderimus hoc frustra, ostenderintque ei et hic indelebilem characterem. Vel nisi ad occultam quandam qualitatem se receperint confugerintque ad asylum pontificium solenne. Et haec de complexu potentatus, *ac eius generalioribus*: Nunc pertexendi fili ergo per reliquas periodos ad ipsam arduam originis disquisitionem possemus transire, ni hic nobis suppeditaretur argumentum, quo minus ceptam operam ad mala vsque continuare ac perducere valeamus ad colophonem. Vt itaque, ne disquisitio nostra ultra limites destinatos excresecat, iam quiescendum subsistendumque hic nobis sit, cetera referuaturis.



TRA-



TRACTATIO II.
DE
POTENTATV PRINCIPVM
S. R. I.

PROOEMIUM.

Agredior tractationem, quae cum iuri publico Romano-Germanico, qua ciuile est, originem et incrementum debeat, robur tamen suum ex *iure gentium* magis, quam ipsa maiestas ciuilis, consequitur. Nam *maiestatem* quidem imperii reuerentur etiam exteri, eamque respiciunt; potestatem vero ciues illius et subditi agnoscunt, eique obsequuntur. Sed *potentatus* ad subditos haectenus non refertur, verum vnice in societate gentium, et in *his potentum* aliorum, se exferit: indeque ex *iure publico gentium*, quam maxime diiudicandus est. Equidem argumentum hoc pauci admodum attigere; cuius rei ea potissimum ratio censenda est, quod plerique ex scriptoribus pro saeculo solummodo nouaturientis seculi id ipsum agnouerint. Maiorem tamen lucem ei conciliare studuit personatus ille *Caesarini Fürstenerius*, (quasi caesari et principibus imperii aequae addictus,) in tractatu suo de *iure suprematus ac legationis principum Germaniae*; De quo scriptor quidam *anonymus*, in discursu ad eiusd. *Tract. Praefat. Prodiit*, inquit, *ante annos non ita multos, sub medio pacis tunc Neomagi consociendae feruore, scriptum aliquod, cuiusdam Caesarini Fürstenerii de iure suprematus, cum nouitate argumenti, qua plerique delectantur; tum vero etiam summa*
ante.

autoris facundia, et stupendo pene artificio insinuandi commendandique argumentorum suorum vim haudquaquam spernendum. Multus quidem et prolixus est hic autor, in eo, ut euincat, suprematum illum *Caes. Fürstenerii* esse inane merumque spectrum, omniaque eiusdem iura, velut ius belli ac pacis, foederum, legationis, *superioritati territoriali* posse accommodari, atque etiam vigore ac vi eiusdem a principibus et ceteris imperii statibus exerceri. Cui quoque assentitur *alius super eundem tractatum scriptor*, contendens, male a se inuicem suprematum et superioritatem territorialem distingui. Quamuis autem in eo superioritatis territorialis iure nonnulli principes ex imperii potentibus omnem fiduciam non minus collocare vellent, orta hac de re in tractatibus *No-uiomagicis* contentione ac diffidiis; adeo, ut satis in eo praesidii ac virium in *aula Caesaris*, et vel maxime apud *Angliae regem*, eiusque *legatum*, pro tuenda principum causa, sibi constitutum esse putarent. *Fürstenerius* tamen, cum tanti roboris hoc argumentum non esse animaduerneret, (quippe obiectionibus et exemplis *comitum, baronum, et quarumuis ciuitatum liberarum*, quibus omnibus aequaliter quoque adest illa superioritas territorialis, obnoxium,) ideo ad rem, multis quidem nomine insolitam, nouam atque inauditam suis tamen fundamentis probe innixam, nec non ab aliis iam ante *Fürstenerium* agnitam, et accuratius, sub nomine *magis apto*, inculetam, denuo se conuertit, eique pressius institit. Atque hoc argumentum aliaque saltim, qua per ingenii imbecillitatem licuerit, indagine perscrutari praesenti dissertatione constitui; quod ut feliciter succedat, Diuinum Numen supplex veneror.

SECTIO

SECTIO I.

DE

IVRE POTENTATVS IN GENERE.

§. I.

Antequam vero ipsi de iure *Potentatus* tractatione me accingam, praemittenda quaedam esse duxi, de ratione *nominis* ac derivatione huius vocabuli, cum in finem, ut partim consuetudini, in conscribendis dissertationibus haecenus solenni, aliquatenus indulgeam; partim, ut eo feliciter deinde ad rem ipsam progredi possim.

II. POTENTATVM igitur a *potentia*, cuius ipsam virtutem formamque in abstracto innuit, originem traxisse, neminem puto dubitare: siquidem ius hoc maxime innititur viribus et potentiae, in negotiis inter gentes, tam *pacis* quam *belli* tempore; atque *hoc* cumprimis, uti alia iura, quae *facti* plurimum continent, ac per virium impressionem absoluntur. *add.* Illustr. Dn. Praef. *Diss. de libertate statuum imperii*, p. II. Sic et *Graeci* potentiam *δυναμιν*, sed ipsam eius valentiam, seu virtutem, *δυναστίαν* appellant; quamvis *dynastiae* vocem quoque *materialiter* accipiant, pro terris seu regione, cui quodlibet imperium seu potestas inest.

III. Vocatur a *Fürstenerio*, *suprematus*. At vero hoc vocabulum, praeterquam quod Latio adhuc ignotum sit, etiam multis *incommodis* laborat, et rem ipsam valde conturbat. Sunt equidem nonnulli, qui etiam vocem nostram *potentatus*, qua primum insignire *Ill. Dn. Praefidi* ius istud visum est, latinitate excludere velint; nec *VOSSIVS L. 3. d. vit. ferm. latin. c. 36.* eam proge-

L

nuina

nuina habet. Illud tamen fit absque fundamento, et suspicione saltim quadam nouitatis: quoniam locum in probatis autoribus inuenit. Sic IVLIVS CAESAR, *lib. 1. de bello Gallico c. 31.* ita scribit: *de potentatu inter se multos annos contendere*, et LIVIVS *lib. 20.* eam adhibet: tum et apud ARNOB. *lib. 1.* reperitur: *quod tuis sit viribus potentatuique conueniens*, vt et ap. ANASTASIVM *in hist. eccles. p. 13. et 47.* ybique notans potentiae et auctoritatis singulare pondus ac vigorem; vt tamen etiam excellentiam vigoris aut fortitudinis insinuet. Nam ita in *textu scripturae sacrae, vulgatae versionis*, occurrit, *Psal. XIX. v. 7. Exaudiat illum de coelo sancto suo: in potentatibus, salus dexteræ eius.* Alias: *in fortitudine salutis dexteræ suæ.* B. Lutherus: *Seine rechte Hand hilfft gewaltiglich.* Et *Psal. LXXXIX. v. 16. Si in potentatibus, (alii: si in excellentia) octoginta anni.* B. Lutherus: *Wenns hoch kömmt, so sinds achtzig Jahr.*

SVPREMATVS autem denominationem hactenus nullibi reperiri, *Caes. Fürstenerio* fuit demonstratum. Et praeterea valde labitur in eo *Fürstenerius*, quod vocem elegerit, quam ipse agnoscit *in praefat.* respondere Gallorum *souveraineté*: ad quam tamen constituendam, summam et ab omni nexu subiectionis aut fidei obsequiosae, liberam et solutam potestatem, requiri constat: quam quidem in *potentatu* nostro non reperiri, *inferius* quando de subiecto potentatus agendum veniet, pluribus tradetur. Probe etiam attendendum, ne potentatus, cum *libertate* illa eximia *statuum* imperii, confundatur. Differunt enim inter se in eo, quod iste omnibus statibus potentia, siue actu tantum primo, aliquibus tantum secundo; haec vero omnibus re ipsa, actu secundo

do et semper, competat. Negandum interim non est, magnum sibi inuicem haec, vt et superioritatis iura praestare adiumentum *vid. Illustr. Dn. Praef. c. Diff. p. 10.*

IV. Quum itaque potentatus ista praecipue iura complectatur, quae viribus, adeoque potentibus solummodo fundamentis, idque cum respectu quodam, liberis regibus et rebuspubl. fere pari, nituntur: facile patet, nihil huc, quoad formalem rationem, pertinere *regalia*, seu maiora considerentur, seu minora: siue in se, siue quatenus vi superioritatis territorialis proprie se exerunt; Sed respectum potius summi ad ceteros *potentes*, quatenus potentia et viribus sibi inuicem comparantur; adeoque iuris in eo temperaturam inuoluere. Inde FÜRSTENERIVS *in alleg. tract. in praefat. ita suprematum suum describit: suprematum, ait, illi tribuo, qui non tantum domi subditos manu militari regit, sed qui exercitum extra fines ducere, (adde, et propriis sumtibus alere,) et armis, foederibus, legationibus, ac ceteris iuris gentium functionibus, aliquid momenti ad rerum Europae generalium summam conferre potest.* In qua tamen definitione inter cetera desiderari posset, quod meram virium, non etiam iuris, descriptionem illa exhibeat. Nam constat, ius hoc non potentia et viribus, adeoque facto solum metiendum esse, sed plurimos respectus personarum, aliosque continere, intra modos iustitiae probe obseruandos; de quibus *infra*. Ceterum haud abs ratione addita sunt haec verba: *et propriis sumtibus alere*: siquidem manifestum est, vel ipsos comites, nobiles, aliosque sumtibus alienis conflatas copias, et multa millia militum, in castra eduxisse, qui tamen propterea potentium dignitatem sibi nequaquam acquisuere; Quamquam non eo verba

illa definitionis restringenda sint, vt *subsidia* foederatorum excludant, quippe quibus vtuntur inter gentes potentissimi regum et rerumpublicarum, indeque et principes plures potentes in imperio. Nobis POTENTATVS commode describi posse videtur, vt sit *autoritas, viribus praeualentibus innixa, qua imperii status aliqui, salua fide et obsequio, maiestati imperii debitis, non modo cum exteris potentibus liberis in paritatem quandam iurium sublimium pacis et belli veniunt; sed et eadem ratione cum constitutibus suis ipsoque caesare sociantur: indeque inter gentes ad summam rerum prae ceteris concurrunt.* Ex quo satis constat, quomodo *Fürstenerii* illa definitio emendanda sit. Constat etiam, me potentatum in sensu proprio describere, vt singulari ratione *statibus imperii Romani* competit. Nam principes vasalli et ciuitates *Italiae* non minus poterant huc referri, quippe in quibus idem significatus, idemque respectus, occurrit; malui tamen subsistere in *statibus imperii s. potentibus Germaniae*, qui propius res nostras attinent: et nullo negotio, quae de illis adserimus, ad *Italiae* principes vasallos et ciuit. applicari poterunt. Quantum vero illos concernit potentes, qui *maiestate* gaudent, seu potestate summa et libera ab obsequio: hi, quamuis *potentum* nomine, *der Gewälte, der Christlichen Gewälte, der Potentaten*, (in sensu *concreto*.) vtique veniant, tamen, quia potentatum habent *vi maiestatis*: hinc ad nostram *dissertationem*, non nisi facta relatione ad societatem cum potentibus nostris, pertinent.

V. Quod si enim *potentatum* in ampliori significato accipias: tunc etiam illi, qui *maiestatem* tenent, et siue in statu *monarchico* siue *polyarchico*, potentatum habere dici

dici possunt. Et quidem, quoad statum monarchicum, tribui potest haec praevalentia non solum omnibus ac singulis post *imperatorem Romanum Europae regibus*; sed etiam ceteris *totius orbis* potentibus. Nam et numero istorum accenseri possunt in *Asia*, *Turcarum imperator*, cuius vires et potentiam Europa nostra satis experta est, et adhuc dum experitur: *Imperator Persarum seu Sophorum*; quem ordinis in Imperio suo conferuandi tenacissimum refert HORN. *Orb. Polit. p. 546.* *Magnus Mogul* in India, qui ex potentissimis totius Asiae regibus est: *Magnus Tartarorum Chamus*, qui imperium quoque amplissimum possidet. In *Africa*, post *Aethiopum imperatorem*, quem Europaei Presbyterum Iohannem vocant, (de cuius nominis vera origine vide sis dictum HORN. *Orb. Polit. p. 561.*) principes nonnullos et resp. iis accensere licet. *America* vero Europaeorum regum ditionibus maxima ex parte cessit. Sed missis hisce, praeprimis ad *imperium nostrum Romano-Germanicum*, et significatum *specificum*, iterum me confero: Vbi quidem, quod *electores* attinet, *rex Galliae* inter alios pro *potentibus* illos agnoscit; sed non pro supremis seu *souverains* et independentis potestatis: indeque iam olim electoris Bauari Maximiliani legatis non tantum introitus solemnis honorem, sed et facultatem caput coram rege regendi, denegauit.

VI. Enim vero electores, (imo et reliqui *principes*.) ob libertatem eminentem, qua praediti sunt, dignitatem *Regiae propinquam* praeferunt; ceu id ipsum imperatores *Maximilianus* et *Carolus V.* agnouerunt. *vid. Illustr. Dn. Praef. c. l. p. 3.* Et si vires, indeque procedentem auctoritatem, inter gentes, respicias, vti electores, in actibus imperii, *regibus* aliis loco non cedunt: ita iidem extra

illos proxime regibus associantur. Habent enim (et non minus etiam principes imperii ceteri,) ius armorum, et imo belli adu. exteros; licet cum aliqua restrictione. *ad- de Handhabung des Friedens, zu Worms. de Anno 1495. tit. die Königl. Maj. item LIMN. L. IV. I. P. c. 8. n. 247. SCHÜTZ. d. I. Publ. et WAHREMVND. ab Ehrenberg l. de Foederibus c. 2. n. 56.* (vbi contendit Germaniae principibus, ea antiquissimo libertatis praetense, concessum esse conscribere milites, in propriam et aliorum salutem, modo forma in imperii constitutionibus expressa, rite obseruetur;) et imprimis *rec. de Anno 1555. et 1570.* vt et *recessum Spirenses 1544.* Atque hoc ius bellum gerendi aliis deinde pluribus, tanquam ex isto consequentibus, munitur; velut inter alia iure habendi et extruendi *fortalitia*: dummodo itidem citra praedudicium, molestiam, aut aemulationem alterius status, ac defensionis solum gratia, neque imperio in praedudicium fiat, vel contentionem exterorum prouocet. *conf. LIMN. c. l. n. 246. et n. 235. WVRMS. fasc. iur. publ. cap. 8. quaest. 21.*

VII. Comitatur hoc armorum et bellum gerendi ius, *foedera pangendi* potestas, tam cum statibus imperii, quam cum *exteris*, etiam regibus et rebuspublicis: ita quidem, vt nec confirmationem a caesare impetrare status necesse habeant. *vid. LIMN. Tom. I. L. IV. c. 8. §. 23.* Et quamuis multa fuerit disputatio tempore superiori, de foedere *Smalcaldico, Chambortico, vnione euangelicorum*, in ciuitate patria inita, aliisque; tamen per capitulationes recentes, et vsu irrefragabilem, haec res dubium vllum amplius non patitur.

VIII. Accedit ius *legationis*, quod concessis duobus prioribus non potest non, quippe indissolubili nexu iisdem

dem coniunctum, *potentibus* assignari. Nam et *bellorum* negotia et *pacis*, ad quae utrobique legatio respicit, aliter inter potentes, quam per legatos, similesue internuntios, tractari et perfici non possunt.

IX. Interim non sufficiunt haec iura ad hoc, ut vel ipsos electores *potentum* locum sustinere faciant: nam et reliqui status *omnes* gaudent armorum et belli iure, tum foederum ac legationum: et praeterea non eo gradu iura illa tenent electores, uti *supremi* rerum suarum arbitri, et qui a nullo alio dependent, ut actus illorum a potestate alia irriti fieri nequeant. Igitur sicuti hoc *posterius* efficit, quo minus possint inter *potentes absolute tales* recenseri, (de quibus tamen *h.* non adeo solliciti sumus:) Ita ex *priori* sequeretur, nil discriminis inter ipsos et reliquos status reperiri; verum omnes aequae potentes, nec ius aliquod *speciali* potentatus illius, quod intendimus, inter status imperii constitui posse. Quapropter ulterius de *potentia* illorum et *viribus* dispiciendum est: Nam his efficitur, ut et honor legationis, item foederum, bellicae vis, ac pacis negotiorum eminentia, multo maior sit in *potentibus* illis, quam in ceteris, qui iura ista non tanta *efficacia*, et idcirco etiam non ea dignitate et *authoritate*, obire et exercere valent. Atque hinc sequitur, quod licet exteri reges non respiciant, ne quidem *electores*, etiam potentissimos, in legationibus cumprimis, (in quibus dignitas mittentis vel maxime se exferit,) uti *supremos* dominos, et ut reges inuicem se respiciunt; tamen maiorem exhibeant honorem legatis istis electoralibus, et dehinc etiam ceterorum principum, qui in numerum potentum venire possunt, quam legatis *statuum aliorum*. Quamuis autem de *electoribus ecclesiasticis* ali-

quid

quid dubitent, an potentibus annumerari queant. Satis tamen de potentia electoris *Colonienſis* conſtat; nec minus elector *Moguntinus*, vt et *Treurenſis*, valent *viribus*; quas augent etiam episcopatus et principatus, quos in ſuae potentiae incrementum iungere ſtudent, et iunctos iam habent, ſuis archi-episcopatibus. Vt ne dicam de *autoritate* et *efficacia* in *negotiis Europae*, qua pollent electores *ſinguli*, et quod in bellis ac foederibus quibuslibet id omni conatu agant reges et reſpublicae exterae, vt eos in ſocietatem trahant. Id quod ſufficit ad hoc, vt potentibus, ſi non per ſe *omnes* ac *ſinguli* et *omnino* modo, haetenus tamen iisdem accenſeantur, vt iuncti aliis maximum rerum momentum conficere poſſint: ceu quidem in *aliquibus* imperii *principibus* exiſtimandum eſt, eos ſimili ratione potentum numero cenſeri; indeque *gradus* quoque *potentum* et *potentatus* conſtituendos eſſe.

X. Nam electores quidem *praerogatiuis* pluribus gaudent, prae reliquis principibus et ſtatibus imperii; eo quod 1.) habeant *ius eligendi* imperatorem Romanum, cui facultati tantam efficaciam tribuit decretum Rudolph. imp. vt hoc etiam nomine ipſos *Regibus* pares habeat. 2.) gaudeant ſublimiori quadam imperii *adminiſtratione* prae ceteris principibus, ita vt etiam *extra comitia*, exigente neceſſitate, corpus imperii repraeſentare, et locum ſtatuum omnium pene ſuſtinere poſſe videantur. 3.) in *comitiis* imperii *ſeparatum collegium* conſtituant; ac propterea vulgo dicatur, tantum poſſe vnum electorem, quantum aliorum principum plures. Quod omnino agnoſcendum eſt, ſi ſuffragiorum numerum, vel pluralitatem non reſpicias; ſed pondera votorum, et vim collegiorum, vel integrorum vel diſtractorum, conſideres. 4.) quod

4.) quod possint *peculiares* inter se *conuentus* de maximis *totius imperii* negotiis, instituere, quodque magnos et multos *unionis* suae electoralis effectus negotiis illis imprimant : et si quae aliae sunt praerogatiuae, quas vel *interregni* tempore vel *alias*, ratione tum *vicariatuum*, tum *praecipuorum* imperii *officiorum*, habent : de quibus *alibi* distinctius et plenius docetur. At vero iura illa, quoniam limitibus imperii Germanici circumscribuntur, neque proprie ac immediate ad iura inter gentes, et functiones, quibus *potentatus* potissimum suffulcitur, pertinent. Ideo nec videntur tantae efficaciae esse, vt *principibus* aliis in eo impedimentum aut praecudicium obuertere possint. Cetera namque supra commemorata, ac proprie ad praesens negotium spectantia *iura*, aequae principibus reliquis extra electores competunt : et solum ad cuiusque principis vel *domus* eius, vim, potentiam et autoritatem, quibus forma potentatus insitit, reflectendum est. Fautet huic sententiae RENA TVS CHOPPINVS, *Lib. de dominio Franciae tit. 3. n. 15.* quando scribit: *electoralem dignitatem, ac prae ceteris principibus eminentiam, ad comitia tantum et conuentus imperii restringi, nec in aliis orbis christiani conuentibus eius haberi rationem;* adducto cum primis exemplo *concilii Basileensis.* Equidem FÜRSTENERIVS de *suprem.* peregrino exemplo electores cum *Venetis* comparat, qui et ipsi regibus pares habentur : vel saltem respublica Veneta prope reges constituta est ; principes v. imperii *ducibus Italiae*, Sabaudo, Mediolanensi et Mantuano aequiparat. Interea *electores* magis ex imperii functionibus et officiis a principibus aliis, quam ex iure *potentatus*, quippe quod in vtrisque pari ratione occurrit, nec respectum praecife

cise ad imperii Romani status, sed potissimum ad *exteros* intuluit, distinguuntur.

XI. Porro de *statu* quoque *polyarchico* quaedam attingenda sunt; cui inter *exteros* accensentur Venetiarum respublica, ordines Belgii Foederati, et Cantones Heluetiorum: mixtae ex *nostratibus* et exteris ciuitates Hanseaticae, die *Hanse-Städte*, et tum etiam ciuitates imperii liberae, die *freyen Reichs-Städte*. *Exteris* illis *Fürstenerius* suprematum tribuit. Sed *ciuitates Imperii* et *Hanseaticas* iuris huius capaces haud iudicat, quod nec dignitatem principum habeant, nec per se exercitum conscribere, atque de suo alere possint. Quemadmodum vero suprematus nulli competit ciuitati imperiali aut imperii, vti pleraeque Hanseaticarum quoque sunt: Ita, quod ad *potentatum*, (vt rectius dicitur,) attinet, in *Hansa Teutonica* (de cuius origine ac varia appellatione vid. CARPZ. de leg. reg. Germ. c. 6. sect. 10. ARVM. disc. ad A. B. p. 289. etc.) tot deprehenduntur requisita, quot potentatui constituendo possunt sufficere. Nec enim ratio ista *Fürstenerii*, quod sc. dignitate principum destituantur, pondus aliquod habet. Nam ita certe etiam foederatis Belgii prouinciis ius hoc denegandum esset. Et ius quidem *armorum* aliquoties exercuisse ciuitates *Hanseaticas*, bellaque admodum grauiam, praecipue contra Ericum, Sueciae regem, gessisse, historicorum testimoniis satis comprobatur. *Foedera* deinde plura iniere, praepremis celebre istud Anno 1616. cum ordinibus Belgii foederati, tam ad mercaturam promouendam, quam ad mutuam libertatis defensionem; caesare licet, et electore Saxoniae acriter sese opponentibus: cuius etiam vigore ordines Belgii ciuitatem Brunsvigam obfidi-

dione liberarunt. Et quamuis KIRCHNERVS *Disp.* 14. *de republ. tb. 2. lit. c.* non tantum iura legationum, sed et imperii ac iurisdictionis ciuitatibus illis deneger, hac potissimum ratione, quod loco *priuatorum* sint. Tamen etiam principes imperii, et ipsi adeo electores, iuribus priuatorum non minus vtuntur: quippe quae maximam partem iuris nat. et gentium sunt. Quousque vero *ciuilia* haberi possunt, cum *potentatu* nihilom. consistunt. Quoniam vero tanti roboris et vigoris hodie non amplius esse corpus *Hansæ Teutonicæ* satis cognitum est, et potentia *potentatus* nititur: hinc etiamnum illud inter potentes, *die Gewälte*, recensere vterius non licet.

XII. Similiter *liberis ciuitatibus imperialibus* ius potentatus idem denegat *cit. loco*, FÜRSTENERIVS. De quo in aduersum *anonymus* quidam in *discurs. super. FÜRSTEN. tract. de suprem. p. 61.* Quare, si autor, inquit, *suprematum suum, iure armorum, conducendi militis, et extra fines ducendi, item foederum ineundorum facultate, aut potestate legatorum mittendorum, desinit, haud sane est, cur principes imperii a comitibus et vrbibus liberis ea in re distinguat.* Omnium enim ad istos omnes actus per idemque plane ius et libertas, quae ex superioritate territoriali profluit, etiam in instrumento pacis absque vilo respectu aut discrimine statibus est confirmata. Si vero de potentia sermo incidat, exempli loco adduxit *Noribergam, Vlmam, Coloniam Agrippinam, etc.* quae terris amplis et viribus polleant. In hanc quoque eandem sententiam conspirant verba *anonymi alterius, in not. et animaduers. ad eund. tractat. p. 14.* ita differentis: *male, inquit, autor superioritatem territorialem a suprematu distinguit, quia id ipsum, quod su-*

prematum tribuit, in iure territoriali omni virtualiter inest. Ex accidenti autem fit, si regionis aut virium exiguitas non sinat quem apud exteros in publicis negotiis momentum facere. Adde enim illi infirmo statui maius territorium, et comparandae potentiae sufficiens, etsi nihil amplius iuris addas, statim suprematus competet: quam iniquum vero ius quoddam a vi et potestate metiri? Est tamen in quo tutius pedem figas, ut ciuitatibus imperialibus indistincte potentatum non tribuas. Nam ipsae quidem singulae superioritatem territorialem, ius etiam armorum, belli, foederum et legationum habent; sed tamen ut absolui haec iura etiam citra potentiam singularem queant. Vnde si iura illa in se consideres, utque verum est, ea partim vi superioritatis territorialis, partim vigore libertatis eximiae, statibus omnibus imperii, et sic quoque suo modo ciuitatibus imperialibus liberis competere. Quis autem ciuitati cuidam imperiali, quae minoris momenti est, qualium plures in imperio reperiuntur, eadem ratione potentatum asserendum esse dixerit? Et hinc satis patet, quod potentatus ex superioritate territoriali inferri nequeat; quippe quod non sequantur, ciuitas illa habet ius armorum, belli, foederum et legationis, E. est potens, et potentum nominibus adscribenda. Deinde non sequitur, ius ipsum habere status singulos, modo potentiam habeant singuli, quae cum per accidens veniat, si quam acquirat status, protinus ius potentatus seu potius superioritatis se exferere. Neque enim si ex superioritate pendet, expectandum fuerat, donec potentiam status ille acquireret; sed iam poterat esse inter potentes, quoniam superioritatem actu tenet, licet potentia destitutus esset: quod tamen absonum est. Adueniant quoque poten-

potentia per accidens; tamen illa deinceps per se potentatum gignit, quem non poterat gignere superioritas: indeque potentatus omnino ius quoddam a superioritate diuersum est; non aliter atque terrae tamen per se dignitatem ducalem ipsi adferunt. Equidem ius legationis aut armorum, quando viribus destituitur imperii status, effectus illos non habet, quos legationes aut arma potentium habent. Nam legatus principis cuiuslibet non eo honoris gradu recipitur, quo legatus *principis potentis*: et arma comitis non ea pollent efficacia, qua valent arma electoris. Imo nec vere *Maiestatem* dicere licet, potestatem illam, quae a nemine dependet, sed viribus tamen exigua est; (quamuis talis potestas non facile diuturna esse soleat:) verum ea simul potentia niti debet, qua potestas illa vindicare et tueri se possit: ita vt imperia et dominatus non per accidens nitantur viribus, sed *per se*; licet vires illae per accidens acquirantur. Quid quod discrimen ingens sit inter *bellum* et *arma* quaelibet: vnde ciuitas imperialis *infirmior* armorum quidem ius habet, imo et ius belli. At vero hoc non potest sola in actum deducere, nec in societatem *paucorum*, vt potentes sunt, facile recipitur; sed haecenus solum in *vniversitate imperii* summam rerum *aliquatenus* iuuat. Diuersa itaque sunt *ius belli* habere, et *bellum gerere* posse. Ex isto non conficitur potentatus, sed ex hoc: quia *potentatus* est facultas, quae potentia perficitur; non dispositione. In actum vero secundum traduci autoritatis inter gentes et impressio non potest, nisi vbi vires ipso opere adsunt. Non etiam ciuitates istae, quas *anonymus* in specie exprimit, Noriberga, Vlma, etc. vires illas *singulae* habent, quantum ad hoc, vt inter potentes nu-

merentur, satis est. Quod vero iunctae ciuitatibus aliis in summa rerum quid valeant, illud efficere possent, vt si eo numero, atque eo fere nexu atque apparatu, (vt in *Hanseaticis* factum est,) coirent, qualis ad potentiam exercitus et autoritatem seu formidinem sufficit, habeantur vtique in censu potentium. Sed ea ciuitatum coitio, illudue institutum nondum apparuit; et fortassis etiam inuidiae accendendae opportunum foret. Hamburgum sane, (et si quae alia fuerit,) potens videri poterat respublica; et tamen non nisi praesidio suo constat, armorum apparatus reliquus mercatui debetur, et quicquid vis pecuniarum efficere potest, cum pro tempore solum et instante periculo cogatur, nec pecunia ac diuitiae potentiam armatam, quae viros postulat, conficiat: hinc ne quidem eiusmodi ciuitas potentibus annumerabitur, aut potentatum habere dicetur. Denique *ius* acquirendi diuitias et bona cuiuslibet inest, nec tamen diuitem quis reputabit eum, qui diuitias non habet, quamuis haec *per accidens* adueniant. Similiter *ius potentatum acquirendi* habet quilibet statuum in imperio; sed tamen potentatum, priusquam illum acquisuerit, habere dici non potest. Non etiam ius armorum, foederum, legationum, inferunt potentatum; sed qui potentatum habet, ille armorum vim ad belli potentiam impendit, in foedera trahitur, aliosque trahit, et autoritatem legationis maiorem sortitur, sicut ipse maiori formidine a potentibus aliis respicitur: nil officiente, quod fortassis quoad gradum *praecedentiae* aliis non aequae potentibus *inferior* sit: Nam praecedentia, cum primis inter membra vnius rei publicae, quae certis legibus regitur, non desumitur praecise a potentia, et moderna quidem; verum alias quo-

quoque causas, velut antiquitatis sanguinis, vel potentiae antiquae, habet. Sicut etiam, (quae rerum humanarum vicissitudo est,) potentes aliquando esse desinere possunt, atque potentiam amittere, quos nunc in ea constitutos esse videmus.

SECTIO II.

DE

IVRE POTENTATVS IN SPECIE.

§. I.

Ad specialia potentatus supposita et requisita transituro, considerandi sunt diuersi temporum status, in quibus potentes constituuntur. Sunt illi pacatus et bellicus. Ad *pacatum* referri posse videntur *legationum*, ac aliquo modo *foederum* ius: nam hoc omnino ad vtrumque accommodari potest. Et quidem quando iura illa, quae alias ad superioritatem territorialem aut libertatem statuum imperii referuntur, ad potentatum trahimus, semper illa in eo gradu et *eminentia* accipienda sunt, vt inter *gentes*, (quippe quarum intuitu potentatus vel maxime vigorem suum exferit,) cum formidine et auctoritate singulari coniuncta sint; eo quod vim et efficaciam praevalentem ex potentia operantis in eo fere gradu consequantur, qui *regibus* et *potentibus* inter gentes reliquis adscribi solet.

II. *Legatos mittendi* ius inter praecipua iuris gentium capita refert GROTI. *Lib. II. c. 18.* et PUFENDORF. *de I. N. G. Lib. II. c. 3. §. 22.* adeoque egregium illud potentatus momentum esse, exinde quoque colligere est, quod non solum regalibus, et iuribus maiestatis maioribus,

bus, annumeretur, (*vid. WVRMS. ius publ. ex. IV. q. 4. BESOLD. de legat. c. 31. DAN. OTTO de iur. publ. p. 407.*) sed etiam, quod absque isto cetera ad externos porrigenda iura et functiones gentium exerceri minime possint. *WVRMS. c. l. q. 6.* Nam *nec foedera ici, nec indici bella, nec iterum coire concordia, nec vlla reipublicae cum exteris negotia expediri possunt, sine interuentu legatorum,* ait *LAMPAD. de republ. Rom. Germ. part. 3. c. 10. §. 1.*

III. Equidem legatorum vt officia diuersa, sic et dignitates eorum ex conditione et statu mittentium aestimationem suam accipiunt. Quo respexisse quoque videtur *CONRING. in Diss. de legat. §. 6.* scribens: *legatos proprie dictos hodie non vno modo, sed pro statu ac dignitate mittentis aliter atque aliter vocari:* Nec obscurum est, quod non omnes, ne quidem a supremis potestatibus, publicorum negotiorum causa missi *ambasciadores* audiant; sed soli illi, qui maioris officii causa et cum *charactere* summo mittuntur: ceteri vero *ablegati* seu *deputati* audiant; quales etiam habentur, qui ab inferiori ad superiorem, et vel a subditis ad principem futum, *ablegantur.*

IV. Proinde illi, quos *potentes* appellamus, sicut nec *ambasciadores* mittunt, (quippe quod honore eo legati ipsorum non gaudeant, et ne quidem *legati electorum,*) neque etiam legatos eorum pro *deputatis* haberi posse cogitandum est; verum ipsos potius effectus et iura *ambasciadorum* seu legatorum eximie talium *ex iure gentium* obtinent, quantum ad *securitatem fidemque* ipsorum attinet: (tantum quod eandem *dignitatem,* quae *summae potestatis repraesentatio* est, non fortiantur, nec fortiri possint, ceu nec *potestate* illa *summa status imperii* gau-

gaudent, qua tales sunt, nec singuli, ne qua corpus con-
ficiunt, separatum a caesare: et si quando caesari iuncti
sint, maiestatem imperii non nisi vt subiectum commu-
ne sustinent:) Ita etiam *residentes* illorum, quos in aulis
quibusdam praecipuis alere potentes eiusmodi solent, in
relatione ad legatos ipsorum, *gradu* quodam *remissiori*
quam *residentes* regum et rerump. quae maiestate pol-
lent, habentur: quorum quidem *residentium* officia in
eo potissimum versari debebant, vt rerum memorabili-
um, et ad status negotia pertinentium, principem suum
et dominos participes facerent; non vero, vt explorato-
rum ac proditorum instar rebus principum, ad quos
mittuntur aut rerumpublicarum nocerent, et peruersa
quandoque praeciudicia principalibus suis inculcandi cu-
ra occuparentur.

V. Quemadmodum ergo legationes ad res cum ex-
teris tractandas suscipiuntur, ita etiam *foedera* eo respi-
ciunt, atque hinc, prout et legationes, ad iura maiesta-
tis *aequiparantiae*, i. e. quae maiestas exercet in ordine
ad alium, extra ciuitatem, pertinent, qui principi, in
sensu nempe politico, aequalis est. Hae conuentiones
publicae, atque externa potentiae praesidia, pro diuer-
so fundamento ac fine diuerfos quoque effectus sortiun-
tur; alia quippe *commerciis* promouendis; alia *aliis fini-*
bus societatum vel rerumpublicarum et principum *mu-*
tuis inseruiunt. Hoc loco tamen foederis significatio-
nem eam cum primis adhibendam esse putauerim, quam
TEXTOR habet in *synops. iur. gent. c. 23. §. 3. et seqq.*
qui nonnisi ob *armorum societatem* foedera proprie dicta
iniri existimat: quibus accenseri non minus debet foe-
dus *ad aequitas* siue *neutralitatis*; Nam et haec acceptio

mm13

N

iuri

iuri *potentatus* prae ceteris videtur esse conueniens: et licet *finis vltiores* fortini foedera quoque haec possint, puta ex commerciis diuitias et subsidia rerumpublicarum, quibus *tuendis* foedera ista et *armorum* tutamina inferuiant. Ipsa tamen foedera proprie et eximie dicta armorum societatem et auxilia bellica respiciunt. Atque hinc etiam *foedus Hanseaticum*; vtut amplissimum et publicum, nonnisi *mercatoriam societatem*, aut stylo Cranzii, *communione* appellant; Quamuis etiam vel ob hoc societas illa *proprium foederis significatum* non mereatur, (aeque vt in rigore eum non sortiuntur foedera ipsorum imperii statuum,) quoniam ciuitates illae pacificentes *maiestate* non gauisae sunt: alias autem finem et praecipuum et per se intentum, mercatum habuerit, non potentiam eam, ad quam ex generositate animorum potentes feruntur; quaque vti student, vt publicum eumque vniuersum statum regionum suarum extollant et aduersus quaelibet incommoda tueantur. Ceterum sicuti bella, ita etiam foedera vel *offensiu*a sunt vel *defensiu*a: vtrouique ratione praestationum vel *aequalia* vel *inaequalia*, vt tamen haec distinctio etiam ad ipsos foederatos seu statum ipsorum, quin et ad directionem foederis, referatur.

VI. Diximus superius, quod iura ista, legatorum et foederum, ad statum quoque *pacatum* pertineant. Imo vtriusque iuris exercitium fieri citra turbas et arma potest; sed non ita iuris *bellum gerendi*. Quare licet *Arnisaeus* ius foederum faciendorum partem iuris belli faciat. (*iunct.* TEXTOR. *c. l. p. 82 et al.* qui eadem pari passu ambulare docent. CARPZOV. *de L. R. G. c. 4. n. 3. ARVM. ad A. B. p. 200.*) Tamen, ob rationem praedictam

Etiam, ista iura duo ad *pacatum* referri possunt, cui bellicus opponitur. Sub iure autem *bellum gerendi* comprehenduntur omnia, quae ad arma inferenda, seu exercenda, indeque ad armatam persecutionem et tutelam pertinent. Talia sunt exercitum conscribere, stipendia constituere, delectum habere, armamentaria instruere, in hostem mouere, configere, praedas agere, poenas ac praemia militum moderari, atque complura alia, quae singula ordine recenset BOECLER. *in diss. polit. i.* Conf. quoque LAMPAD. *de republ. Rom. Germ. part. III. c. 19.* Atque hoc ius belli praecipuum suppositum est, quod si a *potente* vsurpetur, in potentatum vergit: quo sane pertingere non potest in eo, qui amplitudinem eam virium non habet. Oportet igitur *facultatem* eam *virium eminentium* in eo, qui statum publicum regit, in genere morum *peculiare quid* constituere: quoniam *effectus* inde procedunt *certorum iurium et praerogatiuarum*, qui ex iure belli ceterisque superioritatis territorialis haudquam sperari aut obtineri possunt.

VII. Denique vt finis belli pax est, neque pax vlla datur hoc sensu, nisi bellum antecesserit: ita etiam *ius pacificationis*, ceu annexum iuri belli, ad potentatum referri debet, eoque reduci illa, quae de iure pacis GVDELINVS, *aliique plures*, commentati sunt.

SECTIO III.

DE

CHARACTERIBVS POTENTATVS.

§. I.

Hoc nomine intelligo exteriora illa honoris, in specie titulorum, compellationum, praecedentiae, tum et

N 2

cere-

ceremoniarum et pompae seu apparatus axiomata, quibus vtuntur et vti possunt, non tam potentes *quilibet*, quam hi, qui *nostro potentatu*, haftenus explicito, gaudent; et vel *ipsi* vel *legati* ipsorum. Nam *effectus* quidem *communes*, qui ex *iuribus* in potentatum influentibus oriuntur, vt est v. c. legatorum inuiolabilitas, eorumque consecraria, vt pertractemus, vix operae pretium est, cum illi ex promiscuis doctrinis affatim hauriri queant.

II. Et titulo quidem *maiestatis* potentes nostri non vtuntur; saltim quod *singuli* maiestatem seu potestatem ipsam, cuius titulus ille indicem praebere debet, non habeant; et si quis eorum in tractu aliquo terrarum summa eaque libera potestate gaudeat: ista quidem *suprematum* conficere queat, (hoc enim nominis huic statui rectius conuenire arbitror, quam vt illi, quem nos potentatum appellamus, congruere possit,) maiestatis vero titulo frustra insigniatur: cum maiestas *potentiam regiae parem* in illis terris desideret, nec magnitudo nominis aliter, quam si iuxta *potestatem*, vires quoque amplae et regiae, in ea regione libera, reperiantur, eiusmodi regioni aptanda, dominusue eius illo titulo compellendus sit. Vtique etiam *liberae respublicae* titulo illo *maiestatis* abstinent, quoniam ille *regio* statui semper attributus est; indeque potius ad *concreta*, quae eximiae potentiae indicium praebent, semet conuerterunt; ceu *Veneti* rempublicam suam *serenissimam*, et *foederati Belgii* status, (quibus *respublicas* sociatas intelligi oportet,) die *Hochmogende*, seu *potentissimi*, insigniri maluerunt. Et tamen significatus ille *sublimior* est, quam si electores ceterique principes in imperio, qui *potentatum* tenent, *serenissimi*, item *potentissimi*, appellantur; pariter atque *legati*

gati ipsorum, quando in comitiis, vel alibi, *excellen-
tiae* titulum sibi vindicant. Nam haec omnia in *aemulatio-
nem exterorum* sustinentur. Ast si ad *potestatem* ipsam,
eiusque *libertatem* et *summitatem*, expendi velint: satis
constat, eam penes eos, qui in imperio potentes sunt,
non reperiri; et inter ipsos *principes* promiscue *serenissi-
morum* titulum vsurpari, ratione sanguinis videlicet, ac
praecipui gradus libertatis imperialis: ceterum paucio-
res inter eos ad *potentium* numerum referri, nedum po-
testatis eius censei posse, qua reges serenissimi aut res-
publicae liberae fruuntur. Vnde etiam *fraternitatis*
compellationem *rex Galliae electoribus* gratificatus est;
sed tamen, vt illi honorem *maiestatis* ei tribuerent: et
Sabaudiae dux serenitatem iisdem *electoribus*, postquam illi
cessitudinis regiae allocutionem ei tribuerunt. Ex titulis
igitur et praecedentia potentatum, potestatem quoque
summam, inferre non licet, quoniam *respublicae liberae*
cedunt principibus plerisque potentibus, seu potentatum
habentibus; qui tamen maiestatem non habent. Quod
quidem, nū constaret eandem *dignitatis* rationem non
esse in corporibus seu *vniversitatibus*, quanta est in sin-
gulis: atque *personalis* dignitatis maiorem, quam rea-
lis, (cumprimis si haec in pluribus collectim constitua-
tur,) efficaciam esse: peregrinum magis videri posset,
quam quod *electores imperii Germanici* principibus *qui-
buslibet* exteris, et in specie *Italicis* praeferantur, vigore
capitulationis; vbi dispositum reperitur: Nachdem sich
auch eine Zeithero zugetragen, daß Ausländischer Für-
sten Gesandte an dem Kayserl. und Königl. Hof und Ca-
pel die praecedenz vor denen Chur-Fürstl. Gesandten
praetendiren dürfen, sollen und wollen wir instänfftige

solches weiter nicht gestatten; Wäre es aber Sache, daß neben denen Chur-Fürstl. Gesandten entweder der ge-
 crönten regierenden ausländischen Könige, Königl. Witt-
 ben oder Pupillen, denen die Regierung, so bald Sie Ihr
 gebührendes Alter erreicher, zu führen zustehet, und im-
 mittels in der Tutel oder Curatel begriffen sind, Pot-
 schaften zugleich vorhanden wären, so mögen dieselbige
 denen Chur-Fürstl. Gesandten vorgehen. Nam *Italiae*
principes summam liberamque potestatem non habent,
nec vasalli tantum sunt, verum et subditi regni Italiae et
per hoc imperii Romani: quibus idcirco imperator in
eo legem dicere potest. Ut tamen quoad eos Italiae
principes, qui dignitatem regiam non habent, nec coro-
natis accenseri possunt, licet liberam sibi potestatem vindic-
cent, imperator solum in modum conuentionis teneatur
electoribus, quod intra imperium nolit admittere, vt prin-
cipum illorum legati electoralibus praeferantur: Wol-
 ten es weiter nicht gestatten. Quousque vero extolli
 possit praescriptio illa solennis, in principibus imperii:
 Von Gottes Gnaden, et quod illa independentiam
 non arguat, eaque non vtantur status erga caesarem: il-
 lud, cum aliis eo pertinentibus, annotauit *Illustr. Dn.*
Praefes in Diss. de libert. princip. imperii p. 18. seqq. iunct.
Diss. de his quae perperam libert. principum accensentur:
 Ex quibus percipere licet, plura subinde adduci a scri-
 ptoribus, quae pro indicibus vel summae potestatis ven-
 ditant, et facilius igitur ad potentatum inferendum vsur-
 pari possent; quae tamen ne eo quidem pertrahi queant.

III. De praecedentia quoque potentum in imperio
 admonendum est, eam ex ipso potentatu non deduci,
 sed ex aliis causis ab antiquo, illisque perdurantibus et
 fixis:

fixis: adeo, vt princeps etiam minus potens propterea non inferior alio potente aestimetur. Quae vero extra praecedentiam seu incedendi ordinem, *characteres bonoris sublimis* haberi volunt: in his ne quidem electoribus cedunt principes reliqui, maxime *familiarum superiorum et antiquorum*. Inde etiam legatis suis aequae titulum *excellendae* et similia tribui volunt, atque suis legatis vindicant electores; nec minus facultatem, vt in congressibus publicis, et vbi personae suae characterem praesentari cupiunt, legati ipsorum *sex equis* vehantur, *sedilia* eadem altitudine ponantur, eiusdem structurae et ornatus sint; et quae alia seculum nostrum ambitionis instrumenta vel argumenta produxisse vidimus.

IV. Cum vero de *ceremoniis* variis, puta in solenni introitu, in honore manus et praecessionis, in occurfu, visitatione, comitatu, potestate caput tegendi coram regibus, in guardia et sim. hi qui de *ambasciatoribus* scripsere, solliciti fuerint, atque *Fürstenerius* ad propiora deueniat, quae ad nostrum scopum respiciunt, (quanquam non modo plura inter ista reperiantur, quae non tam ad potentatum, quam ad *libertatem* principum nostrorum pertineant, sicut in *supra laud. Dissert. de libert. princip. et statu Imperii* ostenditur; imo dictus autor potentatum ad maiestatis apicem frustra extollat, indeque metas et foueat et promoueat confusiones, quas ex *supra dictis* euitare licet:) Hinc ad discussionem horum digredi nec volupe nec omnino necessarium est.

INDEX



I N D E X
R E R V M P R A E C I P V A R V M
Q V A E I N H O C L I B R O
O C C V R R V N T .

A.

A blegati, qui hoc nomine veniant.	96
Adespota, ius circa ea num ex iure Rom. deriuandum.	33
Aduocatia num conferat facultatem iuris dicendi.	56
<i>Aetatis venia. vid. venia.</i>	
Aggratiandi ius principum euangelicorum num in iure diuino obtineat in homicidio dolo ac voluntario.	20
Hoc ius num ex iure Rom. deriuandum.	33
Alsariae Landgrafiatus regi Gall. relinquatur.	60
Ambasciadores.	96
Anglia incertis se torquet iuribus, quibus nempe forma regnandi praescripta.	10
Alyla cur inuenta.	21

B.

B annerii quid.	43-49
Bannire quid.	50
Bannum quid significat. 42. 49. - - regium.	50
Bauro, eius denominatio vnde.	51
Bauariae dux de praecedentia cum republica Venetorum disceptat.	
D. P. p. 13. seqq.	
Belgii ius publicum.	13
Belgii Foederati 100. - - in publico confesso quid de principum imperii R. G. iure mittendi legatos decreuerint. D. P.	16
Bellum, illud gerendi ius cui competat.	98
- - eius ius quid sub eo comprehendatur. D. P.	27
Bernhard, Dux Vinariensi. D. P. p. 22. exercitum adduxit regi Galliae.	
D. P. p. 28	

Bohe-

INDEX RERVM PRAECIPVARVM.

<i>Bohemia</i> oblita est status, quo olim gauisa, laxioris.	12
- - eius regum inuestitura, quibus solemnitatibus peracta.	44
<i>Brandenburgia</i> , eius Marchiones quid vi simultaneae inuestiturae in Pomerania quaesierint.	46

C.

C <i>aussa</i> dogmatum inconcinnorum, in ignoratis potentatus cunabulis.	15
<i>Centa</i> quid.	51
<i>Centensri</i> quid.	52
<i>Ciuitates</i> , ius eas condendi vnde.	33
- - imperii, num potentatum habeant. 90. <i>seqq.</i> eorum iura.	91
- - Hanseaticae <i>ib.</i>	
<i>Clerici</i> , eorum ius soluendi ligandique num iis potestatem peccata retinendi puniendique elargiatur.	72
<i>Comitia imperii</i> , in iis potentia multo respicitur. D. P. 10	
- - in iis affectarunt Galli ac Sueci ius suffragii <i>ib.</i>	
<i>Conradinus</i> , eius temporibus extincti sunt plerumque ducatus I. R. G.	4
<i>Consistoria</i> num necessaria.	22

D.

D <i>ania</i> , in hoc regno leges comitiales repetere consulendum non est. 10	
<i>Deputati</i> a quo mittuntur.	96
<i>Districtus</i> quid antiquis temporibus significet.	53

E.

E <i>lectores</i> , eorum iura. 86. 97. <i>souverains</i> esse volunt. D. P.	12
- - ecclesiastici num potentibus annumerandi.	88
- - eorum praerogatiuae. <i>ib.</i>	
- - quantum differunt a principibus imperii.	89
- - eorum iura territorialia venditauit Bartolus pro beneficiis.	30
- - eos pro potentibus agnoscit rex Galliae.	85
- - non independentes. <i>ib.</i>	
- - dignitatem regiae propinquam praeferrunt. <i>ib.</i>	
- - in actibus imperii, regibus non cedunt. <i>ib.</i>	
<i>Episcopi</i> in territoriis clausis ac antiquis a principibus regionum supremis sunt inuestiti.	73
- - in eos potestas, inuestitura etc. sunt iuris regii.	74
<i>Ethnici</i> nesciunt poenas homicidii capitales etc.	20
<i>Excommunicatio</i> in quo consistat.	71

O

F.

INDEX RERVM PRAECIPVARVM.

F	Fanno.	49
	<i>Fani</i> quid Gothis.	46
	<i>Fanum.</i>	47
	<i>Fauni</i> quid.	47
	<i>Feriae</i> , eas indicendi ius vnde.	33
	<i>Foederis</i> , facultas ea inveniendi refertur ad iura maiestatica.	97
	-- quoruplicia. <i>ib.</i>	
	-- eorum exempla. D. P.	26
	<i>Foedus</i> Hanseaticum.	
	<i>Fraisibfalle.</i>	21
	<i>Fram</i> quid.	48
	<i>Framiffe.</i>	48
	<i>Fraternitas</i> , eius titulum rex Galliae electoribus gratificatur.	99
	<i>Frea</i> quid.	48
	<i>Frea.</i>	48
	<i>Frobn.</i>	48

G.

G	<i>Galli</i> , legatos primi ordinis s. Ambassadeurs principum imperii agnoscere recusant. D. P.	14
	<i>Gallia</i> praeter Deum et ensen hodie nullos nisi simulatos agnoscit regni pares etc.	9. seqq.
	-- eius reges saepe affectarunt ius suffragii in comitiis imperii R. G. D. P.	10
	-- -- principibus Italiae regios conferunt honores. <i>ib.</i>	21
	-- -- quos tamen non semper principibus Germaniae attribuunt. <i>ib.</i>	

H.

H	<i>Hamburgum</i> potens respublica.	93
	<i>Helvetiae</i> ius publicum. 13. seqq. in eius iudiciis statariis vexilla in terris definguntur.	50
	<i>Henricus Leo</i> , eius aequo extincti plerumque ducatus.	4
	-- inuestituram per virgam concedit.	73
	<i>Heribannum</i> quid.	50
	<i>Hierarchia.</i>	70
	<i>Hispania</i> ignorat iura electitia. 9. seqq.	
	<i>Homicidium</i> , in illud poena capitalis a Carolo V. statuitur.	21
	<i>Hungaria</i> oblita est status, quo olim gaudia est; laxioris.	12

I.

INDEX RERVM PRAECIPVARVM.

I.

I mperatores electorum dignitatem regiae propinquam agnoscunt.	25
- - concedunt principibus imperii R. G. ius mittendi legatos primi ordinis. D. P.	19. seqq.
Imperium R. Germ. eius status.	14
- - cur sacrum dicatur.	25
Institutio legalis num detur.	17
Inuestitura , quomodo olim facta.	43
Io. Guilielmus Dux Vinar. regibus Galliae copias adduxit. D. P.	26
Italiae ius publicum quid.	12
- - principes.	100
Iudaei nesciunt poenas homicidii capitales magistratui simpliciter iniunctas.	20
Iura , eorum certum statuum Germaniae fulcrum ponitur in observantia ac legibus.	14
- - sacra, eorum series.	75
Iura maiestatica.	58. 61
Iura territorialia vindicantur a praescriptionibus.	65
Iurisdictio ecclesiastica num per pacem Monasteriensem suspensa.	74
Ius publicum , peruersae illud discendi docendique methodi. p. 5. seqq. e iure Romano. <i>ib.</i> e iure Longobardico et clientelari. 8. e iure canonico. <i>ib.</i> e commixtione diuersorum limitum doctrinarum. <i>ib.</i> ac iurium legumque regionum exoticarum, institutis Germaniae non conformium. <i>ib.</i> quae eius facies tempore reformationis. 34. 35. seqq.	
Ius Romanum male in causis publicis imp. R. G. applicatur 32. noxi-um est principibus imperii.	34

L.

L egatio, eius ius competit statibus imperii.	86
- - in primis potentibus.	87
- - num ciuitatibus imperii competat.	91
- - eius ius inter praecipua iuris gentium refertur.	95. seqq.
- - ad iura maiestatica spectat. <i>ib.</i>	
Legati , eorum dignitas et conditio vnde diiudicanda.	96
- - ducum Burgundiae et archiducum Austriae aliorumque regio- re a regibus Galliae habiti. D. P.	21
- - ducis Holfatae Gottorp. in Russia et Persia quibus honoribus ma- estati. <i>ib.</i> 22. seqq.	

Leges

INDEX RERVM PRAECIPVARVM.

<i>Leges</i> positivae vniuersales quid de iis sentiendum.	19
- - num ignorantiae asylum. <i>ib.</i>	
<i>Legitimandi</i> ius.	33

M.

M aiestas imperii, eam reuerentur exteri.	79
- - eius titulo non vtuntur potentes imperii nostri.	98
<i>Maximilianus I.</i> imp. mouet pederentim Germ. status, fora ac scholas, iurium exterrorum vsui plenissime aperire.	31
<i>Megapolitanus</i> ducatus integer atque indiuisus ab antiquis temporibus permansit.	4
- - longe ignorauit ius Rom.	32
- - iura episcoporum quomodo olim in eo exercita.	73
<i>Moratoria.</i>	33
<i>Mos</i> de sepeliendis mortuis num gentilibus νόμος δαιμόνων, sit praeccepti naturalis.	18
<i>Mosconia</i> , eius formula regnandi.	12

O.

O rigo, eius inuestigandae praestantia, vsus ac necessitas, 16. <i>segg.</i> in contundendis erroribus communibus <i>ib.</i> in iure naturae. 17. in doctrina morali. 21. <i>segg.</i> in iure humano eoque canonico. 22. ecclesiastico. <i>ib.</i> ciuili ac forensi. 23. clientelari <i>ib.</i> praesertim in iure publico. <i>ib.</i>	
<i>Ottocarus</i> rex Bohemiae inuestitur.	44

P.

P anewitz quid.	47
Panna quid.	47
Panzer quid.	49
<i>Pax</i> , ius eam faciendi cui competat?	98
<i>Polonia</i> Heneticae libertatis tenacissima fugit potestatem dominantium antiquam.	12
<i>Pomeraniae</i> ducatus integer ab antiquis temporibus permansit.	4
- - eius duces sanguineis vexillis inuestiti.	45
<i>Ponowie.</i>	47
<i>Pontificii</i> clerici homicidas a poenis exemerunt.	21
<i>Portugallia</i> mutauit antiquam regnandi formam.	10
<i>Potentatus</i> , varii circa eius existentiam dissensus. D. P.	6

Poten-

INDEX RERVM PRAECIPVARVM.

<i>Potentatus</i> , an nomine suprematus potius insigniendus. <i>ib.</i>	
- num idem cum superioritate territoriali. <i>ib.</i>	
- eius ratio <i>ib.</i> II. in imperio et extra illud sese exserit. <i>ib.</i> 12. definitur 12. - origo. <i>ib.</i>	
- quid eum constituat. <i>ib.</i> p. 20. - quid sub eius nomine intelligat de Westphal. <i>ib.</i> p. 27.	
- hoc nomine cur auctor vsus est. p. 24. <i>seqq.</i>	
- neglectus ac incuria circa inquirenda eius cunabula speciatim. p. 26. <i>seqq.</i>	
- huius historia 27. <i>seqq.</i>	
- Ictorum exceptiones contra monita, ac institutam actionem eius perquirendorum dierum natalium, 36. <i>seqq.</i>	
- synonyma 41. 42. criminalis.	43
- denominationes in legibus imperii.	57
- derivatio 81. descriptio. <i>ib.</i>	84
- indoles ac complexus. 58. - num summa potestas. 58. - definitur. <i>ib.</i>	64
- effectus.	79
- non refertur ad subditos.	
- in societate gentium sese exerit. <i>ib.</i>	
- vnde diiudicandus. <i>ib.</i>	
- quis ei maiorem lucem conciliare studuerit? <i>ib.</i>	
- in quo eius fundamentum ponendum.	81
- differt a libertate statuum imperii 82. atque a superioritate territorii. D. P. 8.	
- quae iura complectatur.	83
- iis etiam tribui potest, qui maiestatem tenent.	84
- quis eum acquirere possit.	93
- eius species.	94
- characteres. 99. <i>seqq.</i>	
- effectus. <i>ib.</i>	
- causae efficientes. D. P.	9. 10
<i>Potestas</i> , ei obsequuntur ciues et subditi.	79
<i>Præcedentia</i> vnde desumitur.	94. 100
<i>Præscriptio</i> immemorialis.	66
<i>Principes</i> , iis nullis exceptionibus, restitutionibus etc. opus est.	66
- euangelici habent ius condendi ac abrogandi iura ecclesiastica.	75
- imperii, in territoriis plus possunt, quam caesar in imperio.	61
- num episcopi in territoriis suis sint?	73
- eorum iura. 86. D. P. 8. et 24.	

INDEX RERVM PRAECIPVARVM.

- Principes foedera pangunt. ib. 36. fortalicia exstruunt. ib.*
 - - exercent ius legationis. *ib.*
 - - illis, quando potentatus adscribendus. D. P. 8. Num ille iis attri-
 buendus. *ib. p. 5. seqq.*
 - - quomodo summa potestate gaudentibus adnumerandi. *ib.*
 - - *veteres*, eorum ministri insinuant ministerio caesareo protectum
 quoddam, in quo ad ius supreniatus prouocant. *ib. 10. seqq.*
 - - num iis ius competat mittendi legatos primi ordinis, *Ambassadeurs*
 D. P. p. 14. *seqq.*
 - - pares cum electoribus esse volunt. *ib.*
 - - a regibus Galliae *souuerains* appellantur. *ib.* 22
 - - num iis potentatus tribuendus. *ib.* 24
 - - vtuntur titulo, *christos Dei gratia. ib.*
 - - se *freye und souueraine Reichs-Eursen*, appellant. *ib.*
 - - mediationem suscipiunt. *ib.*
 - - quando iis bellum inferendi ius competat. *ib.*
 - - num *souuerains* s. summa potestate gaudentes *ib. p. 6. seqq.*
 - - bellum imperio periculosum exteris inferre prohibentur. *ib. p. 26.*

R.

- R**egalia 61. 63. sunt vel maiora vel minima. 64. vindicantur a prae-
 scriptionibus. 65
Repressaliarum ius. 33
Residentes, eorum munus. 97
Respublica ecclesiastica num distincta a ciuili. 68

S.

- S**acra, ius circa ea vnde deriuandum. 68. *seqq.*
Sanctum quid. 25
Saxonia elect. longe ignorauit ius Romanum. 32
Semperfrey. 52
Sepulturae origo inuestigatur. 18. 19
Souuerains, num proprie principes imperii nostri sint. D. P. p. 6. *seqq.*
 22. 24
Status est vel pacatus vel bellicus. 94. 95. *seqq.*
Status imperii, si veniant exteris auxilio, num is, aduersus quem sup-
 petiae feruntur, eam ob causam impetum in imperium nostrum fa-
 cere possit. D. P.
 - - gaudent iure belli, pacis; armorum, legationis, etc. 87. D. P. 9. 25
 - - garantiam s. protectionem sanctionis pragmatice Austriacae Caro-
 lo VI. Romano imperatori promittunt. *ib. 9. D. P.*

Sta-

INDEX RERVM PRAECIPVARVM.

<i>Status imperii</i> , per leges imperii pares sunt. <i>ib.</i>	10
- - in comitiis imperii suffragia habent. <i>ib.</i>	
- - differentia inter potentes et infirmiores. <i>ib.</i>	
- - num imperatoris atque imperii consensu opus habeant ad bellum exteris inferendum etc. <i>ib.</i>	25
- - iis competit libertas militare exteris. <i>ib.</i>	26
- - olim sibi met ipsis bellum, intulerant. <i>ib.</i> 25. quomodo hoc subla- tum. <i>ib.</i>	
- - competit illis ius belli indicendi et pacis faciendae potestas. <i>ib.</i> 34.	
<i>Suecia</i> statu suo non immota, saepius abiit a veteri regni canone ac formula.	II
<i>Superioritas territorialis</i> , cur eius origo non inuestigata. 26. <i>seqq.</i>	
- - eius examinatione quidam periculum fecerunt.	39
- - eius defectus. 38. eius synonyma.	41. 42. 57
- - num per eam potestas maiestate minor indicatur.	60
- - eius effectus.	64
- - de ea orta in tractatibus Noniomag. contentio.	80
- - num idem cum potentatu. D. P. p. 8. et II.	
- - differentia quaedam <i>ib.</i> II. in vno territorio plenior ac in altero est. <i>ib.</i>	
<i>Suprematus</i> .	81
- - scripta de eo pro et contra. D. P. p. 5. <i>seqq.</i>	
T.	
T <i>ansana</i> quid.	
<i>Territorium</i> , num eius vocabulo antiquitus ius territoriale fuerit indigitatum.	47
<i>Testamentanum</i> sint iuris naturae.	53
	17
V.	
V <i>enetorum</i> respublica prope reges constituitur.	
- - eius legatus praetendit nomen excellentiae in conventibus Westphal. D. P. 12	89
- - ei cum electoribus imperii R. G. intercedit controuersia. <i>ib.</i>	
<i>Venia aetatis</i> .	
<i>Vexillum</i> quid in nummis Thuringiae significet.	33
	43

F I N I S.

INDEX GENERALIS

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

20



Ks 1054



Ks 1056
S





Pub. 3. num. 7. *Pub. C. 24/4*

9
MEDITATIONES
IVRIS PVBLICI

DE
POTENTATV
STATVVM S. R. G. I.

QVIBVS
EIVS ORIGO ATQVE EFFECTVS
ERVVNTVR
CVM DISCVRSV PRAELIMINARI
DE SVPERIORITATE TERRITORIALI
ET
INDICE NECESSARIO
EDITAE
A
IOANNE ANDREA HOFFMANNO
IVRIS PRACTICO.

H5
1056



KONFRIED
UNIVERS.
ZVHALIE

IENAE ET WEISSENFELSAE
APVD IOANNEM CHRISTOPH. CROEKERVUM,
M DCC XXXXVI.